XVI
241

Verm. Schriften
fol. 20 b.
No 241, 1600
Bracellei Lucubrationes
R
3733

Der Bibliothek der Univers. Dorpat
geschenkt von
Carl Goldhammer
Aud. Mi.

Den 16. Febr.
1831.

R XVI,
241.
12592

Iacobi Bracellei Genuensis Lucubrationes
De bello Hispaniensi libri quinq;.
De claris Genuensibus libellus vnus.
Descriptio Lyguriæ libro vno.
Epistolarum Lib. vnus.
Additumq; diploma miræ antiquitatis Tabellę in agro
Genuensi repertę.



Rec. Struvius in Bibl. Antiqu. p. 360.

BIBLIOTH: ACADEM: DORPAT:

Vęnundantur cũ Gratia & priuilegio in triennium
in ędibus Io. Badii Ascensii.

Aug. Iuſtíníanus, Domínícę obſeruatíonís ꝓfeſſor Genuenſis Epíſcopus Nebienſiũ, Renato de Sabaudía, magno Francię Magíſtro. S.

QVí díuítías ſummum bonum, & aulícos honores felícítatem eſſe putant, humaníſſíme Prínceps, nõ ſolũ mírabuntur, ſed & dãnabunt (ſcío) cõſílíũ meũ: qꝺ tíbí ad prędfecturã Regíí prętorií euecto, hoc eſt ad totíus Gallorũ Regní adminíſtratíonẽ, obtulerím alíquíd legẽdum. Verũ quantũ hí meũ repręhendẽt ínſtítutũ, tantũdem, quín & longe magís, laudabũt (ní me fal lat opínío) íllí, quíbus perſuaſum eſt, erudítíonẽ vnã & ſolam eſſe: cuí humanís ín rebus íure ímmortalítas debe tur, & díuínítas, vtí apud Plutarchum legímus, παιδεία θεῶν ὡς ἡμῖν μόνον ἀθάνατον καὶ θεῖον. Noſtrís ením ín rebus ſola ímmortalís & díuína eſt erudítío. Cum ením humana omnía ętate mínuantur, ſenectute vero tabeſcãt & eſſe deſínant, μόνῳ γὰρ ὁ νοῦς παλαιούμενος ἀνίεται, ſolus íntellectus eſt quí vetuſtate pubeſcat, καὶ ὁ χρόνος τἆλλα πάντα ἀφαιρῶν τῷ γήρᾳ προσίθησιν τὴν σωφροσύνην. Et cum tẽpus oía alía auferat, ſcíentía ſenectute augeſcít. Donato ígítur tíbí q̃q̃ nolentí, & ſupra æſtímatũ hoĩm & opínionẽ renítentí príncípe hoc magíſtratu, ínter labores & curas maxímas qb9 neceſſe eſt te nõ detíneri mõ & ímplícarí, ſed pene obruí: cogítabã ꝓ mea ín te obſeruantía alíquíd offerre, ad quod díuertere poſſes velutí ad anímí relaxatíonẽ, ac laborũ & curarũ remíſſíonẽ. Et cũ multa ſuccurrerẽt, ante oía placuerunt nõnulla opuſcula Iacobí Bracellei cíuís mei, quę (vt vno dícã verbo) dígna ſũt vt

4-XVI A
4747

a te & tuí ſiſ'ib9 legant'. Nã prętęrq̃ qꝑ ín eís viſit' ſumma eloquentía,grata facilitas,ac faſtidíí expultrix íocunda varietas:referta ſunt exẽplís q̃ mire cõducũt ad populos recte regẽdos,atqꝫ rẽpublicã ſine inuídia adminiſtrãdã.In quíb9 cõperies fuiſſe & ex Regíb9 & ex ſũmis Põtificíbus,q etſi maximis díſtraherent' occupatiõíb9, ſingulis tñ dieb9 lectioní operã darẽt.Sed & ex Imperatorí bus exercituũ,quí ea ípa díe qua ęquo Marte cũ hoſte dímicarunt,& lectítarunt,& ſcripſerunt.Tantã dubío procul συζυγίαν & cõnexionẽ ſemꝑ habuiſſe rerũ gerendarũ adminiſtrationẽ,& auctorũ lectionẽ cẽſuere ſapiẽtes.Neq̃ vero pergã aut laudíbus extollere, aut magníface re ciuís mei vígílias.Primũ ne vídear patríę affectiõe trahí,deínde qꝫ ſuã ſecum laudẽ,& quidẽ egregiã ferant: vt póte de quíbus Philippus ílle Beroaldus aliqñ ad me ſcripſerit:víſam ſibí Bracellei oratíonẽ Cęſaris ꝓſimilem: ín qua nímírũ & verba reb9 & res verbís mírífice rñderẽt: addíditqꝫ ſeculo hoc nro naſutiore(vtar enim eíuſdẽ verbís)paucos reperírí municípí meo anteponendos. Qđ reliquũ eſt,obſecro te mí Renate Prínceps clęmẽtíſſime, accípe munuſculũ íſtud ceu monumentũ & pignus amoris erga te meí.Et ſi dabít'(quod De9 faciat)vel tíbí vel líberís tuís Claudío,& Honorato, præclarę adoleſcentíbus índolís,quãdoqꝫ ex amœníſſimo Bracellei víridarío flores vel fruct9 alíquos legere, Deo ſeruatorí noſtro, a quo cuncta bona ꝓcedunt,referendũ cenſe.Vale.Parrhíſíís Idíbus Aprílís.M.D.XX.

IACOBI BRACHELLEI GENVENSIS IN HISPANIENSE BELLVM PRAEFATIO.

INTER maxíma plurimaqꝫ líterarum beneficía, quarum índulgentíſſimus generís humaní parens Deus, inuentionem & vſum ídeo mortalíbus contulit: vt pluríbus ac valídíoríbus auxilíís anímos noſtros ad amorẽ vírtutís erígeret:hiſtoría profecto ín poſtremís habenda non eſt.Nam vt omittã voluptatẽ:cuíus expers eſſe nulla certe poteſt:quís eſt qui ſine alíquo tandem fructu hiſtoriã legat? Hæc docet non modo rerum ac temporum ordínem, ſed quod longe pluris habendum eſt,quíbus artíbus,quíbuſqꝫ cõſilíís ímperia creuerínt quíbus contra vitíís ínfracta corruerínt. Quæ hominẽ vírtutes ín nomen ac famam euexerínt.Et ne nunc íd agere vídear: & cognítionẽ rerũ geſtarũ: quę & a multís & accumulate laudata eſt: nouís laudíbus perſequí velím:níhíl eſt deníqꝫ quod homíní vel appetendum vel vítandum ſit:cuíus non ínuenías apud hiſtorícos vera documenta.Verum cum hęc ex omnibus ꝓpe ſcríptorí bus conſequare:ílla ſane prę oĩbus hiſtoríís vberíores cuíqꝫ fruct9 affert:ex qua maiorum noſtrorum vírtutes ac laudes: & quæ ílli præclare geſſerínt:legentes ínſtuemur.Habent fateor externorum quoqꝫ regum ac populorũ egregía facínora:& ſua ad vírtutem incítamẽta:noſqꝫ haud negauerím poteſt Aſſyrius,Perſa,Gręcus ad honeſtí amorem allícere.At dum noſtrotũ prudentiã:fortitudínem,ıuſtítíam,moderatíonem,anímí magnítudínem,mãdata líteris admíramur:ſubit anímũ æmulatio:& quædam veluti neceſſítas ne degeneres: neve íllorũ abſímíles vídeamur. Hæc me ítaqꝫ ratío cõmouit vt íd bellum qđ cum Alfonſo maximo citeríoris Hiſpaníæ Rege,multos per annos geſtum eſt: poſteris prode-

Hiſtorię bona.

rẽ. Non ꝙ inter pluríma bella quæ Genuẽſis populus aduerſus Piſanos, Venetos, Reges Cyprios, aliaſq; gentes ſuſcepit: hoc vnum vel maximũ fuerit, vel memoria digniſſimũ: ſed illa ſuorũ tẽporũ ſcriptores nacta ſunt: qui qualicunq; oſone rerum exitus ſimplici ac nuda veritate tradiderunt. Hoc vero quod ſeculo noſtro geſtum eſt: nemo hactenus tractaſſe dicitur. Res ſane indigna & merito ætati noſtrę obiectãda: ſi memorabilis ſane belli cognitione: vel noſtrorum tẽporũ negligentia: vel ſcriptoris inopia poſteritatem defraudaret.

HISPANIENSIS BELLI LIBER PRIMVS.

Ioãnes Rex

IOanni vlterioris Hiſpanię Regi: qui currentis equi lapſu exanimatus eſt: duo filii ſuperſtites fuere Henricus, & Ferdinãdus: quorũ natu maior Henricus patri ſuccedens: cum difficilem in morbum incidiſſet, in ipſo iuuentę flore prereptus eſt: relicto vnico filio Ioanne admodum puero: cuius tutelã ſimulq; & regni curam, fratri moriẽs cõmiſit. Ferdinandus vir fide ac ſanctitate memorabilis: neq; regni adminiſtrationẽ ſegniter geſſit, neq; puerum ſecus q̃ filium habuit: ſuſceptoq; bello aduerſus Maurum Granatę regnantem: pluribus illum præliis attriuit: expugnatiſq; pleriſq; haud ignobilib9 oppidis eius: ad petendam ſuppliciter pacem trepidum coegit.

Ferdinãd9

Martinus

Inter hæc Martin9 Iunior Sicilię Rex: perdomita maxima ex parte Sardinia moritur: nec multopoſt Martinus quoq; pater eius citerioris Hiſpaniæ Rex & ipſe vitę finem fecit: nullo regnorum

hęrede relicto. Atq; ita duo nobiliſſima regna multis ambientibus: nulli tamen certo ſucceſſori deſtinata: magnis motibus iactari cœperuut. Iura regnorum ſibi deberi præ ſe ferebat Ludouicus Andegauiæ Dux: quem & Regem Apuliæ nominabant. Petebat autem ꝙ illi ex Aragoneorum (vt nunc loquimur) regũ genere, Iolanthis vxor erat. Vſu enim effectum eſt: vt quos vel citerioris Hiſpaniæ: vel Tarraconenſis prouinciæ Reges appellare rectius licuiſſet: eos iandudum Aragoneos nominemus. Petebat & Iacobus Vrgelli Comes inter Proceres Regni longe nobiliſſimus. Petebat ipſe quoq; Ferdinandus: in quem cum propter alia, tum ob vires opulentiſſimi regni, cuius adminiſtrationem, fratris filio eidemq; genero nõdum tradiderat, pars magna principum procliuior erat. Nec deerãt qui Fœdericum iunioris Martini filium: quem ex pellice genuerat: inter competitores annumerarent: ꝙ Rege natum nec materno genere obſcurum, egregia indoles egregium principem promittere videbatur. Cum interim ciuitates Regum metu ſolutæ maiore licentia graſſari, diripere, occidere, & in mutuas iniurias ſine modo ruere: adeo vt his malis excitati Hiſpanienſis Regni principes: conſilia deligendi Regis inire adacti ſint. Placuit igitur ex toto Regno iudices conſtituere: quibus & competitorum iura diſquirere cura eſſet: & deſignandi Regis arbitrium. Et quoniam in tres ordines vniuerſum Regnum tripertitum eſt: procerum, ſacerdotum, & plebis: ex tribus his membris ſummæ auctoritatis magiſtratus aſſumptus eſt. Fuit in iudicum numero Vincentius Ferrarius diſcipline prædicatoriæ: vir non modo vitæ ſanctitate ac doctrina, qua maxime pollebat, admirabilis: ſed multorum quoq; miraculorum fama orbe toto celebratus: adeo vt non deeſſent: qui affirmarent etiam mortuos quoſdam precibus eius ad vitam reuocatos fuiſſe. Iiſdem fere temporibus, dum iudices conueniendo, cõſulendo, diſceptando, dies terunt: Valentinis Principibus veteres exercere diſcordias liberum fuit. Itaq; cum Villaracuta Centellianaq; factio dudum odiis inter ſeſe: poſtremo armis cer-

Ludouicus

Aragonei

Vincentiꝰ Ferrarius

Factiones

Bernardus Centellus.

taſſent:ſuperior Villaracuta, vrbe, agroq; aduerſarios deturbauit. Tum demum Bernardus Centellus quem omnis exulum manus ſequebatur, ad implorandam Ferdinandi opem conuerſus: cum ab eo aliquot ex vlteriore Hiſpania turmas equitum accepiſſet: nouarum virium acceſſione ferox: in Valentinos fines impetum facit: ibi diripere, cędere, populari, atq; omnia vt in hoſtili ſolo, hoſtiliter agere. Quibus iniuriis irritato populo: correptis ſtatim armis obuiam Cętellianis itum eſt. Prędabant Villaracutę partes numero militis: ſed vrbani, iam longam ob pacem militarium laborum inſueti. Bernardus contra numero inferior, duratas exilio copias & armis exercitum equitem ſecum trahebat. Vix quinq; paſſuum millia Valętini proceſſerāt: cum hoſtes armatos inſtructoſq; ac plauſtris aliiſq; impedimentis circūſeptos aſpiciunt: nec ſubſiſtere tamen: ſed munitiones argumenta pauoris rati, velut aduerſus territos accelerato gradu ferebantur. Irritabat Villaracutarū indignatio.

Villaracutarū indignatio.

Villaracutis animos iniuriarum indignitas: nec difficilem victoriam arbitrabātur aduerſus eos: quos paulo ante ſuperatos, finibus ſuis eiecerant. Cum hoſtium praeterea paucitatē: ſuorū multitudinē oculis metiebātur: non in fiduciā ſolum victorię: ſed in cōtemptū quoq; exulū adducebantur: ſubibantq; indignatio & ira: q̄ non ſtatim pluribus ceſſiſſent. Exules accendebat praeter deſiderīū Patriæ: vltionis cupiditas, ingenteſq; animos dabat exterus eques Granatanis bellis aſſuetus: ſed nihil æque augebat fiduciā: q̄ q̄ huic eidem equiti aduerſus vrbanum peditem non ſyluestribus aut impeditis locis, ſed patentib⁹ campis dimicandū erat. Nondum ad teli iactū pugnę erat: cum auxiliaris eques munitiōibus egreſſus: ſubditis equo calcaribus: in cōfertos hoſtes illatus, turbauit ordines: magnoq; terrore perculſum peditem late fudit: pauciſq; admodum obſiſtere auſis: cæteri ad ſuos paſſim refugere. Nec Bernardus exuleſq; ſegnius rem gerebant. quippe trepidātes a frōte adorti: vt minus formidinis intulerāt: ita inexplebilibus odiis infenſi maiore cęde graſſabant. Igitur cū inſtātes multitudo incondita non ſuſtineret: terga Villaracutę vertunt.

Exulum ira.

Prælium

Centelli victoria

Equitatuq; Cętelliano ptinaciter inſequēte: vix vnq̄ a vulgi ſtrage ceſſatum eſt, donec ſupueniēs nox victores cohibuit. Ea clades cum nunciata eſſet: matres, omniſq; plebs promiſcue, portis effuſa: ſuorum quiſq; fortunam ſciſcitantes: cuncta planctu, vociferationibuſq; complebant: donec poſtridie victores intra muros acceptī ſunt. Ibi rebus compoſitis: recentis fama victoriæ multorū populorum animos Bernardo concíliauit: adeo vt non modo ciuitatem omnemq; agrum Valentinum: ſed quicquid inſuper oppidorum circa erat: opibus ſuis iunxerit. Nec ipſe ſane acceptī a Ferdinando auxilii diſſimulator: res omnes feliciter geſtas, in laudem eius vertebat: animoſq; hominum in ſtudia illius omni arte traducebat: hunc vnum eſſe dictitans: qui prēter ſummas admirabileſq; virtutes: nobiliſſimis regibus natus: ab ipſis vſq; ducib⁹ Gothorū genus trahētibus: regis filius, regis frater, regis patruus, ac ſocer: viterioris Hiſpaniæ viribus ſuccinctus: dignus videatur Imperio orbis terrarum. Cæteros competitores ſi ei conferantur: aut degeneres videri, aut admodum peregrinos: & regno tuēdo parum validos. Itaq; cum a multis populis Regnum Ferdinādo palam deſtinaretur: non multo poſt, hoc eſt anno a natiuitate Dei ac Domini noſtri Ieſu Chriſti. XII. ſupra milleſimum & quadringēteſimū: ab ipſis quoq; iudicibus Rex declaratus eſt. Inter hæc cum ad gratulandū nouo Regi totus occidens legationes decreuiſſet: Genuenſes quoq; legatos ſuos miſere, Baptiſtam Cicadam, & Petrum Perſium, qui apud Regem aliquandiu morati: in quinquēnium cum eo inducias pepigere. Belli cauſę cum Rege nouo nullæ erāt: cum populis vero regni ppe aſſiduę. Nam q̄diu Aragoneis Regibus Pallātia: Cęſaraugusta, parſq; illa Hiſpanię, quā Tarraconēſem dixere priores, ſatis fuere: quæ poterāt eſſe diſcordiarū cauſæ inter reges mediterraneis finib⁹ īcluſos, & Genuēſes maritimis reb⁹ intentos. At poſteaq̄ connubio effectum eſt, vt Barchino cum omni ditione, regnoq; acceſſerit: tum demum iam mari patefacto: latius extendēdi imperii cupiditas creuit: interrupta ſunt finitimorum otia, bella populis ac ciuitatibus indicta, & Balearium inſularum

Ferdinādi laus.

Ferdinād⁹ Rex.

Belli cauſa

Rege deuicto:regnum regno adiectum est. Et hactenus quidem tantum abfuit vt vlla in Genuenses odia in Regibus essent: vt in expugnatione Dertusæ,aliarumq; vrbium, frequenter hi Reges Genuensium classibus adiuti sint. Vbi vero Pisano ac Genuensi pro Sardinia cõtendentibus:regia signa in insula iuris alieni & ab Hispania procul amota,primum conspecta sunt:statim bellorum initia cum amicissimis quõdam Regibus indignatio ac metus genuere. Paucis post hæc annis intercedentibus:cum facilis e Sardinia in Corsicam transitus esset:intestinæ Corsorũ discordię:quorum principes quidam ad auxilia regia confugerunt:renouandis bellis materiam præbuere. Verum eiusmodi contentiones aut pace finitæ: aut plærunq; inducíarum conditionibus dilatæ sunt. At crebræ maris rapinæ:cũ nullo fœdere cohiberi possent:nouas semper iniurias:& iniuriæ armorum causas summinístrabant. Nã posteaq̃ cæsis Gallis Siciliam Carolo Petrus eripuit: & ab Ebuso Messanam vsq; tot insularum portus commeatusq; prædonibus patuere:raro admodum pacata maria,Hispaniq; piratæ cum alio rum quidem populorum:tum Genuensium præcipue præda alebantur. Ferdinandus cum pactas inducias sancte religioseq; seruasset:intra pauculos annos emoritur:relictis filiis Alfonso,Ioanne,Henrico,& Petro omnium iuniore. Ex his cum ad Alfonsum ætate primũ: Regius honor delatus esset: is necdum adolescentiam egressus:bellicarum rerum gloriam:pacis laudibus præferẽs: ingentem classem magno studio comparauit:quartoq; fere postq̃ regnare coeperat anno:vixdum copositis regni negotiis:in Sardiniam,ac deinde Corsicam traiecit. Aduẽtu regię classis erecti Corsorum animi:gentis nouarum rerum præ cæteris cupidę:ac semper dominantibus parum fidæ. Nec mora, Rex Caluum celebre oppidum statim occupat: eoq; successu elatus ad Bonifacii oppugnationem accingitur. Est autẽ Bonifacium quem Syracusanum portum veteres appellauere: Genuensis populi fidissima Colonia. Nã dum Genuenses Pisaniq; inter se quondã armis cõtẽderẽt:capto Bonifacio eiectisq; inde veteribus incolis:nouæ in id

Belli initia

Ferdinãdꝰ moritur.

Alfonsus regnat.

Caluum.

Bonifaciũ.

oppidum familiæ ab Genua vsq; deductæ sunt. vtq; oppidanorum fides beneficiis obstringeretur,immunitate populus donatus:permissumq; vt pro arbitrio ipsi sibi leges conderent. Rex loci naturam contemplatus:parum in oppugnatione spei: plurimũ in obsidione ponebat:neq; enim ignorabat ieiuni ac sterilis agri Coloniæ: non id annonæ repositum esse quo circunsessi victoriam diu remorari possent. Mari igitur terraq; oppidum cingit:& ne nihil moliri videretur:ingentibus tormentis & eo præcipue quod iam vsus Bombardã a sonitu nominat:vrbis muros quatit. Interdum vt clausi constantiam populi experiretur,repentino ad ipsa mœnia impetu armatus miles admouebatur. Terrebat vulgi animos vis magna tormentorum: iuuentutem a mari terraq; metuentem labor ac vigiliæ conficiebant:q; dies noctesq; nulla ab armis quies erat. Sed nihil adeo consilium omne prudentibus quoq; eripiebat: q̃ alimentorum egestas: & ægre in paucos menses annona sufficiens. Itaq; priusq̃ extrema ingruerent: placuit dedendæ vrbis conditiones agitare:quod eo quidem animo tentatum est:vt sic liceret Genuam mittere qui obsidionem & suprema discrimina fessi iam populi nunciaret. Missis ad regem legatis pepigere tandem:nisi ab Genuensibus auxilia commeatusq; interim superuenissent: Kalendis Ianuariis oppidum dedere. Ea de re obsides dati quot Rex poposcit optimatum liberi,permissumq; vt Genuã ad implorandã opẽ legatus accederet:qui parata ad id biremi:secũda vsus nauigatiõe Genuã delatus:cũ in senatũ adductus fuisset:i hãc ferme sentẽtiã locutꝰ est. Eo loci Dux illustris vosq; magnifici patres:Bonifaciani ppli res posita est: vt nisi vobis ocius succurrentibus salui esse nequeamus:qppe q auxilia vestra si etiã maturẽt:ne sera sint magnopere veremur. Alfonsus enĩ & Corsorũ copiis & præualida classe formidabilis:cum vestram Coloniam terra mariq; cinxisset:ad id miseriarũ adegit:vt etiã dedẽdæ vrbis fœdus percussum sit. Traditi sunt ea lege obsides liberi nostri:vt nisi ante kalendas Ianuarias præsidia commeatusq; vestri intra oppidum penetrarint: portas hosti patefa

Bombarda

Oso legati Bonifacia ni.

ciamus.Bene tamen nobiſcum agi arbitraremur,ſi quemadmodũ conuentum eſt:eam diem rex opperiretur:verum dum multiplices hinc artes eius:illinc parentum charitatem in filios cogito:videre mihi videor,& regem callidiſſimum potiundę vrbis percupidum:cui maximarum rerum gerendarum occaſionem breuis etiã cunctatio eripere poteſt:& patres recipiẽdorũ liberorum auidos: alios q̃ patentium portarũ aditus eſſe quæſituros.Ita fit vt omnis etiam celeritas parum tuta ſit.Ego & ſqualidus & intonſus, qualis in terram expoſitus e naui ſum:ad conſpectum veſtrũ feſtinus properaui:vt pauculas quoq; horas lucrifacerem. Opem oro fidiſſimo populo:nec ſi dixero filiis veſtris,mentitus videar : ſed eam opem pro qua dies noctesq; vigilandum,agendumq; ſit: in quam ſegnius eniti,nihil aliud ſit q̃ ſobolem veſtrã iratis hoſtibus prodere.Neq; enim nunc referam nos non aliunde q̃ ab hac ſacroſancta vrbe genus trahere:deductos quõdã a vobis in extremas Corſicę oras:qua freto exiguo ab Sardinia dirimitur.Ibi ſupra cẽtum & ſeptuaginta annos:aut bella aut bellorum ſuſpitiones,aut pernicioſiores bellis inſidias paſſos:fidem tamen quam vobis debuimus,impollutam præſtitiſſe:ſignaq; veſtra aduerſus hoſtium minas:omni contẽpto capitis diſcrimine fuiſſe tutatos. Horruimus quondam Piſanorum arma:horruimus & eorum vires qui Sardinię regnum aliquando tenuerunt. Aragoneos & Venetos in perniciem veſtram coniuraros mœnibus noſtris obſtrepentes aſpeximus:tunc cũ Ioannes Valentis Genuenſi populo ſanctius q̃ felicius imperitabat.Multis poſt ea tẽpora minis terroribuſq; perculſi:non tamen fidem mutauimus.Deſciuerunt aliquando a vobis Sauona,Album,Ingaunum, Albumtimiliũ , oĩs prope ora veſtra in vos arma conuertit.Bonifacianus populus neq; pollicitationibus,neq; periculis,a fide quam vobis debet:dimoueri didicit.Etſi nunc quoq; quæratur,cur Rex adeo nobis infenſus ſit:hęc eadem fides iræ ac belli nobis cauſa eſt.Ferte igitur opẽ oramus,infelici Colonię propter voſipſos pereunti : ferte opẽ aduerſus eum Regẽ qui cum fidem noſtram laudare debuiſſet:eã velut ſcelus vlciſcit.

Genuenſiũ origo.

Fides

Ioãnes Valentis.

Cogitate huius dimicationis euẽtum eum fore qui apud exteras gentes de vobis iudicium ferat.Nam ſi nos Coloniam ac ſobolem veſtram deſertos:infeſtis hoſtibus dilacerandos:& in ipſis prope oculis veſtris excruciandos proditis:quam in vobis queſo ſpem repoſituræ ſint nobiliſſimę vrbes:quibus trans maria imperatis? An ſcilicet credẽdum eſt:Famaguſtã,Peram,Samaſtram , Capham, Scythis,Armeniis,Greçis habitatas:tam longo hinc maris ac terrarum interuallo diſtantes:fidem dubiis in rebus ſeruaturas eſſe: cum nos viderint progeniem veſtram in conſpectu veſtro poſitos: propter hanc ipſam fidem miſerabiliter interiiſſe? Q; ſi nos ex potentiſſimi Regis faucibus ereptos conſeruaueritis:nõ fortitudinis modo laudem:ſed & pietatis quoq; immortalem gloriam cõſequemini.Vt enim eam vobis debemus fidem quam parẽtibus liberi: ita opem quam iure maturæ liberis parentes debent:a nobis impetrari æquum eſt.Legato bonum animum habere iuſſo : reſpõſum eſt ea eſſe Bonifacianorum merita:vt pro eorum magnitudine digne ſatis laudari nequeant.Curæ ſibi fore vt extemplo obſidione ſoluantur:& fidei ſuæ fructum capiant.Annixuros preterea ſe:vt Regem alieni cupidum:inique ſuſcepti belli cito pœniteat.Senatu poſt hęc habito:ſeptem onerarias eaſq; pregrandes parari placuit. Addita eſt & octaua longe minor:in qua tela,arma,toſtus panis, triticum reponerentur.Is numerus aduerſus hoſtem ſatis viſus. Sed nihil æque feſtinantes:q̃ inopia pecuniæ fatigabat.Vexauerat vrbem agroſq; ingens peſtilentia:quæ ciues pauidos paſſim diſpulerat:& q̃q̃ ingruens autumnus vim morbi leuabat,perpauci tamen in vrbem redibant.Itaq; cum ærarium publicum exhauſtum eſſet:& a qb9 tributũ exigereẽ lõge abeſſent:dimiſſis ad primarios ciues epiſtolis:qbus admonerent impẽdẽti diſcrimini ſuccurrere: & ſi quẽ peſtilẽtię met9 retineret:is ſaltẽ pecuniis adiuuaret; compertũ eſt ppaucos admodũ fuiſſe:quos vt par fuerat : magnitudo eius piculi cõmouiſſet.Erat tũc rerũ ſumma penes Thomã Cãpofulgoſum virtũ cũ ſingulari prudentia:tũ prõptitudine cõſilii admirabilẽ.Is ſe vt vidit ſcribendo,adhortando,monendo,nihil pro

Thomas Campofulgoſus.

ficere:gemmas aurea argenteaq; vasa contraxit:quibus Lucã per latis & fœnori oppositis:tantum æris mutuo sumpsit:quãtum sa tis esse in sumptum classis putabatur.Interea summo studio cun cta parari:ęs nauium magistris numeratum:viri partim volunta rii mercede cõducti,partim delecti:& ne reip.deessent rogati.Nec segnius apud naues omnia gerebãtur,mali,antẽnę,vela, rudentes anchorę,funes,aut vt erat opus reficiebantur : aut siqua deerant aliunde comportabantur . Frequẽs quoq; futuræ pugnæ medita tio plæraq; moliebatur.Excitabantur in nauium puppibus editio ra solito castella:ab vtroq; nauis latere crassioribus columnis fultę quædam velut vineę ita superne cõtegebantur:vt impune ac sine metu vulnerum inde etiã ab inermi pugnaretur.Alia quoq; sub limior via validis asserib⁹ vndiq; clausa:& firmis sustẽtaculis im posita a puppi ducebat ad proram:vt his aut illis laborãtibus: tu ta commeatio,ac facile subsidiũ foret.Ipe Dux Thomas q̃q̃ & alię animum curæ distrahebant:frequens naues inuisere:raro a mari portuq; discedere:quid actum foret:quid agẽdum superesset,cre bro pcõtari:verbaq; iactare:se ipsum classe Regi occursurum. Neq; enim quempiã dignius maximo Regi opponẽdum:q̃ qui in patria supremum dignitatis locum teneat.Studio igitur ac labo re difficultates superãte:breui effectum est:vt omnibus rebus ex ornata classis anchoris staret.Iã classi prefectus fuerat Ioãnes oĩm Thomæ fratrum minimus:additis ei cõsiliariis Thoma Sauigno no,Paulo Italico,Christophoro Caluo,ac Ioanne Andreę.Iã omni bus recte paratis:soli profectionem venti morabãtur . Incubuerat mari pertinax Hauster:idq; sibi regnum ita vẽdicasse videbat: vt venti reliqui interiisse putarẽtur:cum Eurus tandem parumper flare & spei aliqd promittere visus est.Dux itaq; classis diui Lau rentii templum petens:& præcursoris Ioannis limina veneratus: statim nauẽ conscendit:nec multo post vniuersa classis soluta est. At Eurus breui elangueſcens ac statim ad Hauſtrum reuolutus: maxima cunctorum ægritudine cum naues moraretur:iam maio re Decembris parte circũacta:vix spei quicq̃ relinquebat posse iã

Ducis stu dium.

extremis populi laborantis rebus succurri.Magna tota vrbe mœ stitia:eoq; maior:q; neq; vis,neq; opes,neq; humana cõsilia, quicq̃ opis afferebant:apparebatq; necessario rem totam diuino arbitrio esse permittẽdã.Sed Thomas angebatur præ oĩbus: q; memorabi le reip.vulnus in notam suorum temporum haud dubie vertẽdũ cernebat.Ad oꝑm igitur diuinam cõuersus : necdũ illucescẽte: templum diuę Marię,vt vocant,Coronatæ:qđ tribus ferme mili bus passuum vrbe abest:tristis petit,profundo gemitu cœleste nu men supplex orans.Garriant quantum libet nosq; irrideant : qui negant Deum res humanas curare.Nocte quę prima insecuta est: repentino ecce impetu Boreas furere:tanta quidem vehementia: vt domorũ culmina cõuelli putarent:eaq; fuit, q̃uis secundi , vio lentia venti:vt e nauibus quorundam vela lacerarit: aliarum late ra rudentibus nudauerit: atq; ita citatissimo cursu in conspectũ prope Bonifacii delatæ sunt.Rex cum Genuæ classem parari iam pridem cognouisset:Bonifaciani fauces portus ante obstruxerat: immanes in vnum trabes colligans:quibus præter validos funes ferream etiam catenam adiecerat:ratus his claustris facile naues hostiũ portu arceri.Tũ vero cõspecta Genuensi classe:naues quin q; prealtas hac ratione collocat:vt proras in hostes verterent: in ter se autem cohærerent:vt consuto lateri latere:ex alia in alias fa cilis decursus esset.Quæ ex his terrę propior erat: ponte in eam iniecto terrestre subsidiũ nullo labore accipiebat.ita e terra in pri mam: & ex ea in reliquas percommode transiliebatur. Pone has: minores naues sistit: distributis laborum muneribus,vt quæ q; sciret quid a se in bello curandum foret. Interea qua cõmo dius visum est: maiora minoraq; tormenta aduersus venturos hostes disponit: vt si perrumpere claustra tẽtassent:vno tempore aduersus multas simul vixq; superabiles difficultates:iis eluctan dum esset.Præterea dilectos quoq; milites monet vt cum ad na uale prelium omniũ animi oculiq; cõuersi fuerint:muros repente aggrediantur.Idq; eo consilio iusserat: vt si populus temere sup petias venienti classi accurrisset:neglecta mœnia miles irrũperet.

Ventorũ mutatio

Regis stu dia

Sin tuendis muris attineret: nihil auxilii pugnãtibus suis suppedi taret. At Bonifaciani aduentu classis cognito: clam noctu nunciũ ad naues nantem mittũt: neq; enim per obsessum ab hostibus mare alia fallendi spes erat. Is quo in statu res essent cum edocuisset: laudata fide, & constantia Bonifacianorum: hæc referre mandata iussus est: mœnia a fraude & insidiis summa cura tuerẽtur: quod superesset iuuentutis securibus armarent: monerentq; vt cum per rũpere claustra naues molirent: ipsi ad mare decurrerent: funesq; & reliqua catenarum vincula: cautibus religata præciderẽt. id satis ad victoriam putari, & iam supra millesimũ & quadringentesimũ primus ac vigesimus annus: initiũ sui aperuerat. Sexto enim Calendas Ianuarias aduenisse classem obsessores obsessiq; iuxta dicerant: nec si postera die fuissent venti: dilatum prelium fuisset: naues tamen qualicũq; vento delatę ad conspectũ vrbis: haud procul in anchoris stetere: quarum vna cui Babilanus Nigri præerat: dum terrę propinquat: ingenti saxo tormẽtis excusso alueum icta cum irrumpẽtibus aquis vix obsisti posset: qua iugum vrbi subiectum, præruptis cautibus imperuium est: cursum deflexit, vt illic acceptum vulnus vtcũq; reficeret. Ibi ab Oppidanis edocti: posse si anniti velint, per arduas rupes in iugũ, atq; inde in vrbem euadere: tantus tãq; pertinax fuit ardor animi: vt quo vix quispiã expeditus aditũ tentasset: illuc per inuia saxa miles armatus peruenerit. Atq; ita aliis alios erigentibus: Bartholomæus Pinelus ad hoc ipsum delectus: cum præsidio & portiuncula exigua commeatus intra oppidum acceptus est. Nocte insequẽti cum Zephyri flare cœpissent: luce prima Ioannes cuncta expediri ad pugnam iubet: suosq; militariter allocutus, hortatur vt se ac Genuensi nomine dignos animos induant: aduenisse diem precibus ac votis expetitam: qua fidissimam Coloniam obsidione liberent: violenti Regis iniurias vlciscantur: quæq; præclaram ac prioribus parem victoriam allatura sit. Ipsum Deum (se exercituí Deum nominare voluisse: vt sciant homines bellorum exitus non aliunde esse q̃ a Deo) Hunc humanarum actionum æquissimum iudicem: qui classem intra perpaucas horas præcipiti cursu eousq; incolumem detulerit: qui Zephyros optantibus, Zephyros emiserit: hũc inquã Deum & iustiori causæ cunctis videntibus fauisse: & pro ea aduersus hostium confidentiam esse pugnaturum. His & eiusmodi cohortationibus accensis suorum animis: pugnæ signum proposuit: quæ cuiq; nauium agenda essent ante constitutis. Nec minus apud regias naues omnia summa cura gerebãtur. Quę cum essent tredecim numero: verum tamẽ & inexpugnabile robur nauis erat, quam Capitis rotundi vocabant: quę omnium ętatis suę maxima delectis militibus referta: duabusq; ab vtroq; latere nauibus septa ipsa inter quinq; media: sublimi prora: admiranda malí proceritate: arx verius q̃ nauis videbatur. Prima omnium plenis velis in hostes fertur nauis cui præerat Iacobus Benissia, vastoq; impetu obstantia quæq; perrumpit, trabes, funes, catenæ, omnia demum comminuta sunt: reliquisq; sequẽtibus patefacta via est. Hęc in Capitis rotũdi proram inuecta: cum sub ictu eius posita: hinc a nauibus illinc a terra saxis ingentibus peteretur: sagittisq; ac iaculis more imbris obrueret: ægre hostes sustinebat. Proxima secuta est Otoboni nigri & ipsa ingens nauis: quæ illic quoq; mõstruose occurrens cum latus lateri cõseruisset: haud sane parum decrescere visa est. Nec tertia Babillani segnius prelio sese inferẽs cum Ducem lectissimosq; milites veheret: magnos suis animos addidit. Quarta Nigroni nigri dum improuide regitur in Benissiã temere illata: deiecto castello qđ puppi supeminebat, haud parum suis: nihil hostibus nocuit: mox introrsum elapsa prælio subtracta est. Huius vel errorem vel consilium secutæ sunt naues Benedicti equitis, Iuliani Catanei, Iacobi † Leccaudi, & oĩm minima Leonini Grafioni: quã arma ferre cũ maxima cõmeatus parte supra docuimus. Pugnabatur vtrinq; obstinatissimis animis: & quẽ admodum apud regios integri festis succedebant: ita tribus his quæ omne dimicationis pondus sustinebant: quinq; reliquæ tela viroſq; suggerebãt. Aderat illinc Rex bellicosissimus virtutis cuiusq; spectator ac testis. Hinc Bonifacianus populus editiora loca

Ioannis exhortatio.

Capitis Rotũdi nauis.

Nauale prelium.

†Leccaueli.

tectaq; domorum compleuerat:coniuges paruosq; liberos ostentans:& ne infestis hostibus proderentur: supplices manus tendens. Andreas Mergus, Erat in Genuensi classe vir Andreas nomine:quem a frequẽ tatione aquarum Mergum nominabant:huic profundum maris petere,& si quid pessum cecidisset,sursum referre:ludus ac iocus erat.Quin quod longe admirabilius fuit:tam diu sub aquis versabatur: vt eum ibi sæpe respirare necessarium foret. Hic in medio pugnę sęuientis ardore:galea tectus & breui cultro accinctus clam se in mare præcipitem dedit:& ima petens:illius maximę regiarum nauium funes ancorarios nullo negotio præcidit.At vasta illa moles:quam duę hostiles,vt diximus,naues ita vrgebant: vt vix sisti ancoris posset:vbi omni retinaculo soluta est:fluitare primum:deinde alio proram vertere:postremo semel mota alias quoq; naues secum trahere.Iniecerat admirationem simul ac trepidationem,vt assolet causa incognita. Neq; enim absurde dictũ est:Natura homines ignota horrere.Tum regia classe sensim cedente,creuerunt Genuensibus animi:& velut ex integro renouatum prælium:cum pręter paucos egregii facinoris gnaros:cæteri metu hostes cessisse haud dubitarẽt.Pugnatum est,& quidem acerrime,ab hora diei tertia vsq; ad vesperam,multi vtrinq; cæsi,plures vulnerati.Genuensibus grauem intulerũt stragem tormenta:quæ in terra arte disposita:& naues frequenter quassabãt & si quandoq; in pugnantiũ globos immania saxa inciderãt:multos simul exanimabant,omnes formidine afficiebant.Regios maxime strauit maiorum Scorpionum multitudo:quibus ea die Genuenses præclare vsi sunt.Rex neq; consilio neq; fortitudine suis defuit:sublimi equo vectus:omnia fortissimi ducis munia executus est,adeo vt etiam aliquando sagittis appeteretur.Neq; Ioannem aut hostilium nauium multitudo:aut suarum pars maior pugnæ subtracta,aut tormenta vndiq; circumtonantia: vnq; exterruerunt: animo elatus:corpore ingens vbiq; affuit:omnes adhortationibus fouit: solus omniũ sibi ea die requiem negauit. Tandẽ nullo contranitente:tutus Genuensibus in vrbem aditus

patuit. Qui pauculos dies apud Bonifaciũ morati:ibiq; prędidio & commeatu relicto:vixq; dum portu egrediuntur, incendiis hostium deuitatis:in patriã re admodum memorabili gesta lęti rediere.Rex componendis Corficanis rebus aliquanto temporis absumpto:vniuersam classem Siciliam traiecit, Bonifacianos obsides secum abducens:obiectans populo q; percussum fœdus nõ satis syncera fide custodissent. Siciliã cum peruenisset:multos qui acceptis vulneribus graues:mari tamen se cõmiserant: hiberna iactatione exanimatos sepulturę dedit:in quis Odo Luscinianus Iacobi quondam Cyprii Regis filius & Iani frater: ampli funeris honore non caruit. Aduẽtus Alfonsi cognitus: varia consilia magnosq; in Regno Apuliæ motus excitauit. Tenebat opulentissimum Regnum Ioanna Caroli quondam Regis filia, & Ladislai soror:cui sine liberis decedẽti septimo iam anno successerat.Hęc fœdis amoribus diffamata:vt vidit regię dignitatis molem a fœmina sustineri non posse: denupsit Iacobo Marchiæ comiti:inter Galliarum principes cum splendore natalium: tum virtute haudquaq; postremo:quem vbi & maritum & Regem agere indignata cognouit: inconstantia muliebri mox repudiauit. atq; ita regnum suopte ingenio discordiis obnoxium:reginæ insuper flagitiis occasionem præbentibus:conuulsum, & in veteres factiones diuisum est.Erant quibus fœmineus dominatus neq; incommodus neq; iniocundus esset: q; dignitatem & nomen Ioanna retinente,summa rerum ipsi potiebantur.Erant contra quibus Ludouicum Andegauię Ducem,Ludouici quem superius nominauimus & Iolãthis filium adoptari placebat.In certantium factionum discordia: tutissimum visum est iis qui ne Ludouicus adoptaret obstiterãt:Alfonsum Reginæ filiũ destinari:vt Neapolim accersitũ,Regẽ haberẽt,mari terraq; potentẽ:quẽ opibus Galloq; opponerẽt.Ita Alfonsus cõtentione Principum in Regnũ ascitus tantarum virium accessione non modo illustrior factus, sed plęrisq; etiã formidabilis.Cathalanũ quoq; nomẽ qđ præterq; maritimis in Italia populis si nõ obscurũ, at certe parũ admodũ celebre

Odo Luscinianus

Ioanna Regina. Iacobus Marchiæ Comes.

Ludouicus Andegauię Dux.

Alfonsus in Regnum ascitus.

Cathalani, fuerat:attolli ac ꝑdicari cœptum.At quoniã in Cathalani nominis mentionem incidimus, non absurdũ fuerit ex multis quæ de origine ac eorũ rebus gestis scriptores tradiderũt, pauca perstringere:vt cum hos populos noiari cõtinget: id saltem qđ ad huius historiæ cognitionẽ pertinebit,in aperto sit.Anno vrbis conditæ M.clxiiii.imperãte Honorio: Halaricũ inter Gotthorum Reges potentissimum,primũ post Senones Gallos Romã irrupisse, atq; eã direptionibus incendiisq; fœdasse,memorię ꝑditũ est: abducta etiam Placidia Archadii & Honorii Imperatorum sorore: quam Athaulfo postea connubio iunxit. Eodem fere tempore Halani, Sueui, Vãdali, aliiq; immanes populi:traiecto Rheno per Gallias debacchati:ad Pyreneũ vsq; peruenerũt.Nec multo post,cũ eis custodum perfidia,claustra montis reserasset,more inundantis diluuii Hispanias irrupere. ibi post direptiones & cædes perdomitis verius q̃ fugatis veteribus colonis,cõsedere.Circũacto deide exiguo tẽpore:hoc est anno.M.clxviii.Cõstãtius Comes cui summa militiæ ab Honorio cõmissa erat,Narbona nobili Galliarũ vrbe Gotthos expulit:& in Hispanias migrare coegit:impãte Gotthis hoc eodem Athaulfo, qui Halarico in regno successerat.Atq; ita cum miseras Hispanias truces populi aliq̃diu laceraſſent, posita tãdẽ sęuitia,ad cultũ agrorũ cõuersi:arma gladiosq; abiecere. Exq; duobus qui ꝑcellebãt populis,Gotthis Halanisq; in nomẽ vnũ coeuntibus,Cathalanum nomen exortum est: fuitq; iis, vt nunc quoq; est,precipua sedes & caput Barchino,parua quõdam vrbs nunc magnitudine populi,diuitiis,moribus,legibus inclyta.Idq; arguit Athaulfi principatus:qui cum Barchinone regnaret, dolo suorum cæsus,ibi sepultus est.Inter hæc dum Alfonsum Neapoli acceptum noui regni curę distrahunt:Caluum oppidum qđ Rex primo eius aduentu in Corficam (vt diximus) occupauerat:receptum est. Nam cum Hispanorum militum iniurias oppidani iam vltra ferre nequirent: coniuratione habita, regium presidium eiecerunt: & in veterem Genuensis populi ditionem mox rediere,

Halaricus

Placidia Athaulfus Gotthi et Vandali

Cõstantius Comes

Barchino

Caluum

LIBER SECVNDVS.

GEnuensibus quẽadmodum Caluum receptum & Bonifacium aduersus vim regiã strenue defensum,animos nõ immerito dare poterant:ita Philippus Maria Dux Mediolanensis:nũc aperto bello Genuensem agrum infestans:nũc simulata quiete suspitionibus inuoluens:suspensam omni tempore ciuitatem inquietãq; reddebat. De quo quandoquidem ordo historię admonet sermonem habere:altius mihi initium petendum est. Ioannes Galeatius qui oim primus Dux Mediolanensis appellatus est,duos moriens filios reliquit,Ioannem,& Philippũ,& vtrumq; Mariam:primum Ducẽ Mediolani,Philippũ Ticini,vel vt nũc loquimur,Papiæ Comitẽ instituit.Ioanes Maria cum a iuuenili quadam stolliditate nõ procul abesset:sæuumq; & sanguinarium,vel domestici quoq; formidarent:suorum insidiis obtrũcatus est.Eo sublato Brixia,Crema,Cremona,Laudes Pompeii,Placentia,& pleræq; aliæ cispadanæ transpadanęq; nobiles ciuitates a tyãnis occupatæ:maximis calamitatibus soluutę sunt:donec anno a natiuitate Iesu Christi MCCCCXII.a parentis vero obitu.X.Philippus Mediolanum accersitus est.Hic ne vniuersos simul tyrannos in se prouocaret: aliis blandiens:alios territans:icto cum aliis fœdere:alios palã oppugnans,breui effecit:vt occisis aut perdomitis qui ei aduersabãtur,cunctos propę paterni imperii fines in ditionem suam redigeret.Confirmato iam principatu cum ingẽtes aleret exercitus:crescente cum ipsis successibus ambitione latius regnandi:cœpit cogitationes suas longius extendere.Ac primum Genuenses exules ad se cõfugientes:clam fouit:deinde velut principatum Thomæ non Genuenses,odisset:palam ei bellũ indixit:bisq; validis exercitibus missis in eam vallem qua amnis Porcifera mari tenuis illabitur:paucis oppidis vel vi,vel sponte ad eum desciscentibus:copias inde reuocauit.Experientia post hæc doctior factus:cum tandem cognouisset non esse satis terra vrbem premere,si paterent

Ioãnes Galeatius.

Genuenſibus maria:miſſis oratoribus impetrauit ab Alfonſo:vt ſibi liceret octo ex regia claſſe triremes mercede conducere : quibus eo in bello vteretur.Preter quas apud Finarium duas quoq; armari curauit.Anno igitur MCCCCXXI.iam propinquo eſtatis exitu delectas equitum ac peditũ copias Duce Guidone Taurello:per Ferionis vallem emiſit. Eſt autem Ferio haud magnus ſed rapidus admodum amnis:quem Biſamnem vulgo nominamus:qui ex montibus Bargaliæ præcipitatus:orientale vrbis latus pene verberat. Genuẽſes cũ terreſtre bellũ haud mĩti facerẽt: ſed ſi mari clauderent : incõmoda famis metuẽtes:aliquot onerarias naues ad cõmeatꝰ ſubuehẽdos Maſſiliã mittũt:triremes octo raptim parant:quæ Duce Baptiſta Thomæ fratre viro impigro nec armorum inexperto:regiæ claſſi occurrerent.Is cum audiſſet hoſtes Liguſticum ſinum tenuiſſe:inſecutus veſtigia:in cõſpectũ eorum haud lõge a littore Finarii delatus eſt:quippe qui eo illuc conſilio venerant:vt duas triremes quę iuſſu Philippi illic armabãtur:ſibi adiungerẽt.Hiſpana claſſis cũ parẽ numero claſſem in ſe tendentem proſpexiſſet:in fuga ſtatim ſalutem ponere:velo remoq; altum petere:e quibus vna ſeu rimoſa & lõga nauigatione quaſſata:ſeu ex paucitate remigũ fuga deſperata:in littus impegit.Eam cum Galeotus Finarianus(vt vocãt) Marchio ſubducere contenderet:Genuenſes contra indignum ducerent hoſtem ſibi e manibus eripi:acre prælio et q̃ pro magnitudine præmii maius:in ipſa cõtentione exortum eſt.Poſt tandem vulnera & cędes: cũ claſſis onerariã nauẽ & quidã pregrandẽ:quæ forte haud lõge aberat:eo traxiſſet:& illa alte ſuperemines defenſores a littore fugaſſet:triremis incenſa eſt.Septem reliquæ cum occidentem petere ſimulaſſent:vbi e conſpectu abiere:iter Piſas verſus intẽderũt. Baptiſta dum eo ſucceſſu elatus occidentalem oram legit:vt hoſtes aſſequatur : Finarianis nauibus facultatem dedit:qua ſe Hiſpanis adiungerẽt.atq; ita haud procul ab Arni fluminis oſtio in vnũ oẽs coiere.Magna ſane fuit trepidę claſſi duarũ acceſſio. Nã remige ſociiſq; naualibus teliſq; & armis egregie inſtructæ aduenerant.Aduexerant etiam plęroſq; Genuenſium exulum & manu & lingua promptos:qui Genuenſis claſſis famam eleuantes: torpentes Cathalanorum animos erexerunt.Nec multo poſt Baptiſta dolo hoſtium detecto: iter in orientem conuertit. Præerat claſſi Regiæ Raimundus Coruarianus Monteſianæ militię magiſter,multarum rerũ experiẽtia clarus:qui q̃q̃ numero nauium ſuperior erat:quantum tamen ars in bello valeat,non oblitus: vada breuia & incerta ſcrutatus:ibi naues ſuas ſiſtit: nequaq̃ adoriturus hoſtem:ſed ſi irruat,excepturus.Baptiſta hoſtili claſſe cõſpecta Hiſpanos exterritos ratus intra quaſdam velut munitiones ſeſe continere:magna vt in pauidos fiducia inuehitur.Quatuor ſuarum naues egregie pugnam capeſſunt: in duas hoſtiles mox tranſiliũt.Perterritos & aut deliteſcentes aut in proram fugientes nautas cędunt. Quinta cum vado hæſiſſet: dum inde ſe auellere nititur: pugnę ſubtracta eſt.At Raimũdus vbi quatuor tantum pugnam ciere vidit:tres velut exitum prælii ſpectarent: procul ſe tenere:reliquam cum difficultate loci certare:tota claſſe quatuor priores cingit.Illę q̃diu ſpes ſubſidii mãſit, fortiter impetum hoſtium q̃uis in orbẽ pugnantes ſuſtinuerunt. At poſtea q̃ tres illę quarum duas Monichi Ioannes Grimaldus, tertiam Genuę Ludouicus Carmadinꝰ armauerat: deſperatis rebus fugam petiere: deditio facta eſt. Ita quinq; naues & in eis Dux ipſe in hoſtium poteſtatem venere.Ea clade cognita: Thomas afflictis rebus diffiſus,dedendę ciuitatis conſilium capit. Nam et egeſtas pecuniarum angebat:& poſt vulnus acceptum facile hominum ſtudia in aduerſam factionem inclinabãt. Igitur deditionis legibus præſcriptis:dum reliqua omnia cum Taurello componit:Philippus, incertum quonam conſilio, propere Franciſco Carmaneolæ ad exercitum miſſo rerum omnium ſummam cõmittit:ita q̃ cũ Guidone inchoata fuerant:cum Carmaneola trãſegit. Conuenit vt Genua cum omni agro & ditione: iis ſere legibus PhilippoMariæ eiuſq; liberis vero ex connubio ge-

Guido Taurellus. Ferio amnis.

Raimũdus Coruarianus.

Genuæ deditio.

nitis dederetur: quibus Antoniotus Adurn⁹ eam quõdam in Regem Francorũ Carolũ transtulerat. Anno igitur. Mcccc xxi. quarto nonas nouembres præsidium Philippi intra vrbem acceptum est. Philippus opulentissima ciuitate potitus: cum immodicas opes Alfonsi iãdudum suspectas habuisset: quod dissimulauerat diu non vltra tegendum ratus, noua aduersus Regem cõsilia inire cœpit. Multa erant quæ ad id animũ eius commouebant. Primum omniũ ꝙ nimio Regis fulgore obumbrari fastigium suum arbitrabatur: & qui post Pontificẽ maximũ, caput esse Italiæ consueuerat: se iam inter posteriores reiici haud mediocriter dolebat. Alfonsum quoq; quẽ vt inter Italos peregrinum: moderate se gerere equũ fuerat: elatũ insolentẽq; videbat: quasi domitor Italię haberi ac ꝓdicari vellet. His accedebat ꝙ pleraq; inter se cõuenta Rex nõ satis religiose seruasse putabat: ꝙꝙ inter duos maxios terrarũ dños vicinitate ꝓpinquos, quorũ vter maiore ĩperandi cupiditate flagraret, difficile iudiciũ erat, q̃ potuit eẽ cõcordia! Stimulabat præterea ducem Ioanna leuitate fœminea iam tunc quoq; Regi infensa: quæ præter hoc ꝙ se cõtemni videbat: non se iã Reginã nec eius quem adoptasset matrem: sed captiuã potius esse dictabat. Nec Romanus Pontifex Martinus nimiã Regis felicitatem pęrosus: adiiciendis clam stimulis deerat. His accedebant maximũ in re tãta momẽtũ Genuẽses: qui enixius a Philippo pętiẽrãt: vt Ludouici Andegauiensis mitissimi Ducis amicitiã: Regię superbię anteferret. Et Ludouicus quidẽ pro viríli sua pollicebat auxiliũ: et connubio sorore Philippo iungere non abnuebat. Ipse vero suas vires circũspectans, pulcherrimum dicebat: si cuius Alfonsus domitor haberi volebat: ipse assertor Italię diceretur. His igitur tot ratiõibus motus: classem instruere Genuẽsib⁹ mãdat. Pręerat tunc Genuę Carmaneola vir rerum gestarum gloria q̃ genere insignior: qui militariũ artiũ apprime doct⁹ cũ probe calleret qd tãtus apparatus exigeret, oĩa summo studio adminístrabat: eoq; maiore, ꝙ iam a Philippo Dux classis designat⁹ erat. Igit xii. onerarias naues, & quidem pręgrãdes cõtrahit: triremes ve-

teres subducit ac reficit: qd destinato numero deerat ędificat. Ne ꝙ Philippus augendis viribus classis pcus: lectos ex oĩ peditatu milites supra mille: & eqtes ꝓterea trecentos onerariis ĩponit. Ii fræna, sellas, hastas & reliqua equitatus instrumẽta ferre iussi: vt vbicũq; equos nãcisçerentur: cętera oĩa in promptu forent. Iam anni. M. cccc xx. tertii maiore parte circũacta, autũn⁹ aduenerat: & quæ classis erant, summa vi maturabantur. Quis cognitis, Alfonsus obsidionẽ veritus: regno migrare statuit. Itaq; validis præsidiis vrbibus impositis, ciuitatibus ac populis publice iureiurando ꝓmittit: se qdẽ breui affore, maiore classe: maioribusq; copiis instructũ. Collectisq; quatuordecĩ lõgis nauib⁹: qbus domũ paternaq; Regna repeteret: secũda nauigatione vsus: in cõspectũ Massiliæ delatus est. Ibi cũ animaduertisset vrbis custodiã negligi: raros in turribus murisq; defensores, oĩa demum p̃ socordiã gerí: paucitate cõtẽpta: impetus in vrbẽ faciendi cõsiliũ capit. Re quantũ licuit dissimulata: paucis suorũ quid conaret aperit. Cõparatis dein strenue quæ vsui fuere clara luce vrbẽ aggreditur: ac nullis ꝓpe obsistẽtibus Massiliã irrũpit: & p̃ ociũ diripit: ac postremo iniecto igni exhaustam incendit: ablatis sacris ossibus diui Ludouici prętulis quondam Tholosani. Hanc cladem passa Massilia ẽ vrbs Galliarũ nobilissima: Phocensibus auctoribus condita: & mari quõdã admodũ pollens: non dolis, non viribus hostis expugnata: sed ciuiũ socordia salutẽ publicã negligentiũ. Rex classem prędа graue trahẽs Valentiã vnde primũ profectus fuerat: triũphãti simílis post paucos annos reuersus est. Iam naues longę duę supra viginti: e quibus Ludouicus Andegauiensis quatuor parauerat: & onerariæ duodecĩ ꝓter eqtes externosq; pedites Mediolano missos egregie naualibus sociis & Genuẽsi milite instructę in ipsum portum cõuenerãt: nec quicq̃ præter aduersos ventos remorari classem credebatur: cũ ecce repente Genuã Taurellus a Philippo mittitur: qui posthabito Carmaneola classi præsit: veluti nihil tanto studio Philippus moliretur: q̃ vt inter duos & quidẽ egregios duces: implacabile odium subministratis æmulationum

cauſis acueret: cum paulo ante Genua potitus: contẽpto Guidone Carmaneolã prætuliſſet, mox poſtea Taurellũ ſpreto Frãciſco potiorem habere viſus eẽt. Septimo idus Decẽbres claſſe ſoluta: Guido triremibus vect⁹, q̃q̃ aſpera hyeme, cũ littora legeret, Formianũ (is eſt em̃ quẽ Caietanũ dicimus) ſinũ tenuit: cũ onerariæ reflãtibus aq̃lonibus mari iactarent. Et primo qdẽ longarũ nauiũ aduentu Regiũ præſidium Caietã ſecurum tuebatur. Irridebãt quinetiam Genuenſes: vbinam eſſent pcontantes tot mília pedi tum equitumq̃: tot onerariæ: ingenſq̃ ille belli terror: quem tam diu impudenter iactaſſent. At poſteaq̃ cedẽtib⁹ Aquilonib⁹ onerarias armatis plenas portũ ſubire conſpexerunt, exterriti ciues legationem mittunt: pacíq; vt Hiſpano præſidio incolumi abire liceret: vrbẽ dedunt. Id exemplum omnes ferme maritimæ ciuitates imitatæ: Hiſpanos milites eiecere: quæcũq̃ iuberentur facturæ. Superat vna Neapolis: quã Iacobus Candola inter Duces Italiæ admodum celebratus, valido equitatu tenebat. Eius ciuitatis ea erat auctoritas: vt etiam opulenti populi: exitũ eius ſecuturi putarentur. Nã & caput Campaniæ & ſedes Regni multis ſeculis fuerat: nobilitateq̃ & gloria cæteras facile anteibat. Igit quẽ admodũ oppugnationẽ eius nulla ratio ſuadebat: ita ſi in fide Regis perſtitiſſet: parum admodũ actũ videbatur: cum vel ſola ſatis eſſet populis regni in ſua conſilia traducendis. Obſidio vero longum ac difficile opus, odioſa oĩbus: eoq̃ grauior: q̃ iam finito claſſis ſtipẽdio: q̃ rurſum æs numeraret nemo vſq̃ erat. Ita quid ſtatuendum, quid agendum incertis omnibus: colloquia cum Neapolitanis haberi cœpta, paucorũq̃ dierũ contractis induciis: monit⁹ ẽ Iacob⁹ Regẽ p̃cul abeſſe: nullas ĩ Italia claſſes: nullos exercitus: quorũ ſubſidiis fideret: poſſe eum aliquãdiu deditionem differre: effugere ſane nõ poſſe. Quãto ſatius eſſe prudẽti neceſſitatẽ in gratiã vertere. Poſſe ſi ſapiat reginã: poſſe Philippũ haud leui beneficio ſibi cõciliare. Neapolitanis deditionẽ nequaq̃ diſplicere. Nõ tantũ ſibi ex pulcacia laudis: quantũ ex lenitate acceſſurum. His huiuſmodiq̃ ſermonibus præfectus haudquaq̃ au-

Formian⁹ ſinus, qui nũc Caieta nus.

Iacobus Candola, Neapolis.

res obſtruere. Illud frequenter cauſari: magna ſibi militiæ ſtipendia deberi: ſi vrbe excedat: neminẽ vſq̃ inueniri qui es depromat: q̃diu vrbem obtineat: eſſe ſibi amplum ac certum ſolutionis pignus. Cum his colloquiis pertentati ſæpius animi fuiſſent: conuẽtum eſt vt ſi ſtipẽdiorum pecunias Philippus diſſoluat: vrbs deditur. Re Mediolanum perlata: conquiſitum aurum Genuam mittitur, idq̃ naui delatum, Iacobo numeratur: atq̃ ita ciuitas in poteſtatem redacta. Cum omne igitur Hiſpanorum præſidium iam regno demigraſſet: nã & maritimas vrbes claſſis receperat: & mediterraneas Ioanna tenuerat: pacatis vbiq̃ populis oĩa Reginæ ſumma fide reddita ſunt. Nec multo poſt hortatu Pontificis maximi: Candola vndiq̃ copias contrahit: Brachio Peruſino qui tũc Aquiloniam: ſiue (vt nunc loquimur) Aquilam ciuitatẽ obſidione premebat: obuiam iturus. Erat Brachius omnium Italiæ Ducum ea tempeſtate lõge clariſſimus: regiarum partium peruicax fautor: qui ob hoc vnum arma Aquilonianis infenſus intulerat q̃ ab Andegauiẽſium fide is nunq̃ populus dimoueri potuerat. Iacobus ad ſoluendã obſidionẽ magnis itineribus p̃fectus: cũ parat⁹ decernere ad hoſtẽ pueniſſet: nulla pugnæ mora addita eſt: cõmiſſum pliũ eſt atrox qdẽ: vtpote ſub duob⁹ acerrimis ducib⁹ iter ſeſe æmulis: & gloria rerũ geſtarũ pene paribus. Cũ aliquãdiu pertinacib⁹ aſs certatũ eẽt: & Brachian⁹ eqtat⁹ haud dubie ſuperior videret: cohortes aliquot peditũ: quas editiore tumulo Brachi⁹ locauerat: eo iuſſas locũ tueri: ne hoſtis adoriri ea parte pugnãtes poſſet: velut iã parta victoria ad p̃dã decurreret: deſertaq̃ cõtra ĩ periũ ducis ſtatiõe ſua: Cãdolanis facultatẽ dedere: latera tergaq̃ hoſtiũ inuadẽdi. Et Aquloniani patefactis portis eruptiõe facta terrorẽ auxerũt, qb⁹ ſimul piculis pculſus Brachian⁹ exercit⁹ ſenſim primũ cedere: ac mox iſtãtib⁹ hĩc atq̃ ĩde hoſtib⁹: effuſe fugã petere. Multis iã cæſis: plurib⁹ captis: Dux ipſe dũ cõuerſo equo fugeret: ĩ Aquloniano⁹ man⁹ delat⁹: mlt⁹ tãdẽ cõfoſſus vulneríb⁹ occubuit. In cui⁹ mẽoriã cũ poſtea roman⁹ põtifex execratiõib⁹ ſequiſſet exhũato cadauere oſſa ſolo ſpſa ſũt: q̃ ifeſt⁹ iſectator eccl̃iæ: ĩq̃ ea p

Neapolis deditur.

Aquilonia nũc Aqla.

Brachii laus.

Brachii cædes.

nicacia extinctus:sepulcri munere indignus fuerit.At classis qn to postq̃ soluta fuerat mense,Genuam reuersa est.Liberato Apu liæ regno Philippus quemadmodum ingens nomen consecutus erat:ita multorum animos metu magis q̃ odio in se cõcitauerat. Primiq; omnium Florẽtini:quibus supra centenos annos,assidua prope cum familia vicecomitum bella fuerant : quosq; Ioannes Galeatius Philippi pater:Pisis,Senis,Perusia,& postremo Bono nia potitus:ad extrema compulerat:immodicas ducis opes:velut in se haud dubie comparatas horrebant.Quid enim sibi futurũ: quos parens eius:cui ne Lembus quidem vnq̃ in mari fuit:velut quodam circumpositarum vrbium vallo,ita clauserit:vt p[illegible]m portis efferre non auderẽt:si filius validis exercitibus subnixus: adeo quoq; mari polleat:vt regna pro sua libidine aliis adimat, aliis largiatur?Et præbuerat sane Florentino Philippus populo causas belli maturandi.Nanq; vt sublatum Brachium vidit:cui maxime Duci is populus innitebatur,premissis in Flaminiam co piis:Immolã vrbem & pleraq; haud ignobilia oppida raptim oc cupat:videbaturq; hoc ipsum eo consilio moliri:vt per eam regio nem viam sibi in Hetruriam aperiret.Alfonsus vero indignabun dus q; eo regno in quod filius & hæres vocat⁹ fuerat,a Philippo exturbatus esset:omnia cõsilia cogitationesq; in perniciem ducis cõuertebat. Veneti q̃q̃ nimiam eius felicitatẽ oderant:quia neq; Philippi odio,neq; metu exagitabãtur:facile quiescebant:appare batq; belli eos euentum expectare:fortunam in cõsilio habituros At minoribus Italiæ tyrannis paucis admodum exceptis:quibus Philippus blandiebatur:cum omnia duci cernerent mari terraq; ex sententia fluere:propinquum exitium ante oculos obuersabat: nisi aduersus eum motis alicũde armis:intra suos fines coercere tur.Cum hic igitur in Philippum status esset animorum,facilis fuit multorũ in pari voto consensus.Florentini etenim quos pro piora grauius pericula terrebant:triremes regias mercede condu cunt:additisq; paucis quas parauerant Pisis:trium et viginti lon garum nauium classem contrahũt.Cohortatiq; Thomam Cam

pofulgosum qui tunc Serasane agebat: vt Philippi iugo patriam liberet,seq; ac suos fœde exulãtes domi restituat:ingẽtibus pmis sis perpulchre Genuensium animos ad libertatẽ sollicitare.Erat is annus a Christi natiuitate quintus & vicesimus supra millesimũ & quadringẽtesimũ:quartus aũt ex quo Genua potitus erat Phi lipp⁹. Nouusq; dominatus vt multorum animos offenderat:ita gratiam auctoritatemq; Thomę cõparauerat.Fauebant rebus ei⁹ multi:quos dũ ciuitati prẽerat:beneficus deuinxerat:fauebant & pleriq;:qui se sub Philippo iniuriis indigne affectos ducebant,sed prę oĩbus infensa Philippo credebatur factio Guelfa: quæ parum Guelfi fidei apud Principem sibi haberi rata: Guibellinam sibi præferri impatienter ferebat. Verum quoniã duas maximas Italiæ pestes ordo nobis historiæ nosandas obtulit: haud inutile putauerim posteris tradere:vnde & quo tempore Barbara hæc nomina:quę tantum furoris, cædis, incendiorum, vastitatis infelicibus po pulis intulere: in Italiam primum defluxerint: vt cum placato iam Deo feliciora secula remearint:non magis rideant homines amentiam nostram:q̃ insaniæ misereantur. Cum anno a natiuita te redemptoris nostri †Mcxxxviii.Conradus quartus, Hermãni †Mcxlix. Ducis Suęuorum frater regnare cœpisset:cõtendenti ad imperiũ obstitit ei summa vi Romanus Põtifex:qui oĩa molitus, ne is vo ti cõpos fieret,postremo armis agendũ ratus, Hẽricum Bauariæ Ducem cognomẽto Supbũ,iunioremq; fratrem eius Guelfonem Guelfo nomine,aduersus Conradum magna mercede cõducit:longe sa tius eũ arbitratus ĩ Germania vicino bello distineri: q̃ si collectis ab eo per totium viribus:descendenti in Italiã occurrendũ foret. Et erat ingens Henrici auctoritas:eoq; maior q; Lotharius Cæsar Saxonię Dux socer eius:principũ animos ac populoꝝ studia mul tis artibus genero conciliauerat:veluti neminẽ aliũ successorem imperio destinaret.Iuuabat strenue partes ecclesiæ & Rogerius q Rogerius ex Galliis Italiam paulo ante ingressus,Regnum Apulię Siciliãq; armis subegerat:& Innocentium tertium Pontificem maximum fusis eius copiis ceperat:quẽ postea honorificẽtissime habitum,ita

Rogerio Apulia & Sicilia dat.

in sua vota traduxit: vt Rogerio ac hęredibus eius: Pōtifex Apuliam Siciliamq; etiam Lotario assentiente, habendam permiserit. Ita Rogerius veritus ne si Conradus Italiam armatus intraret: regnis recens partis exueretur: magna, contractis vndiq; viribus Henrico & Guelfoni Italicorum auxilia mittit. At Federicus Cōradi filius delectos exercitus trahens: quoniam Henricum admodum senem: militiæ munera obire ætas prohibebat: cum Guelfone congressus: fortiter feliciterq; pugnauit fusis fugatisq; hostibus: vix Guelfone p fugam elapso. Nec multo post: id bellum: vt qđ nō mō Italiæ: sed sūmis quoq; Germaniæ studiis gerebat: maximis rursū copiis vtrinq; reparat: cōmissoq; iterū plio haud longe a Vinsperg vrbe Saxonię: ante villam quam Helenefon nomināt,

Guelfonis interitus. Guelfi & Guibellini vnde.

victus iterum Guelfo, ac cæsus est. Hæ autem erant & in castris & in pugna de more adhortationes: vt hinc Guelfo Guelfo: illinc Guibelling conclamaretur: nomen sane non viri, sed vallis seu regionis: in qua Federicum educatum ferebant. Hæc feralia nomina cum redeuntes Rogeriani milites in Italiam aduexissent eas postea populis clades intulere quarum quotidie vestigia oculis cernimus: nec ætas quoq; nostra omnino expers fuit. At Thomas classe instructa in conspectu ciuitatis haud longe ab ipso portu aliq̄diu constitit: expectans quēadmodum videbatur vt motus aliquis intra vrbem oriretur. Posteaq̄ firma cuncta & quieta vidit: & suis locis prędia dispositā: in oriētalem oram cō uersus: arcem portui quem Delphini nominant, imminentē: subito aduentu cepit: sollicitatisq; vicinorum animis: aliquot in partes suas populos traxit. Inter quæ cum ad eum Segesta & Monilia desciuissent: omnis prope orientalis ora velut contactu quodam in suspitionem adducta est. Est autem Segesta, quam quidam Ptolemæi dimensiones secuti, Tigulíam opinantur: vicus incolis frequens: cui obiicitur insula præruptis vndiq; rupibus in similitudinem muri cincta: tenui riuulo a continente auulsa. Ea quoniam gemino portu dextra leuaq; insignis: tutam nauibus stationem præbet: Thomas loci opportunitatem secutus: hanc

Segesta.

velut arcem belliq; sedem delegit: peditesq; & equites Florentinorum haud contemnendā manum ibi locauit. Per idem fere tempus præmissi a Philippo in Flaminiam duces: cum aduersus Florentinorum copias res aliquando feliciter gessissent: contractis postremo vtrinq; viribus: magno discrimine pugnatum est: isq; fuit tandē exitus: qui victoris exercitus aduersus sæpe fusos fugatosq; esse solet. Nam pars maxima equitatus hostilis capta, & armis exuta est: cum ipso etiam Duce Carolo Malatesta, viro sane memorabili: vt qui neq; generis claritudine, neq; rerum gestarū gloria: vlli tyrannorum Italiæ cederet. Huic cum Mediolanum captiuus duceretur: Philippus honoris gratia obuius prodiit: neq; secus ac parētem omni tēpore coluit. Cū igitur & fraterno restituta regno Ioanna, & pręclare aduersus Florētinos victorię ingentes Philippo spiritus facerēt: ad res Genuenses conuersus: parari classem imperat. Quę quo maiore studio maturaretur: ipe accolas Padi flumine exercitos: in supplementum remigum mittit ac tertiam prope totius sumptus portionem depromit: præpositoq; classi Antonio Aurio Philippi filio summa vi cuncta molitur. Magno præterea delectu vbiq; habito, ad quinq; pditum milia & trecentos equites per fines Placentinos aduersus Thomam eiusq; fratres descēdere Segestam iubet: Duce Nicolao Tertio cognomento Bellatore. Nondum exornata classis erat: neq; tamen duodeuiginti triremes (tot enim parari placuerat) multum temporis exigebant. Verum exortis suspitionibus quales in ciuilibus odiis hominum mentes occupare solent: videbatur iam id bellum ex Hispaniensi aut Florentino in ciuile versum. Itaq; delectu ac iudicio opus esse credebatur: ne arma omnibus promiscue committerētur. Et iam Tertius cum copiis aduētabat: occupatisq; vicinis mōtib⁹, Segestæ iminebat. Itaq; Antoni⁹ correptis aliquot onerariis, & p angustia tpis raptim instructis, Segestā profiscit: vt terra Tertius: ipe mari hostes vrgerēt. Pręerat classi regię Petr⁹ Iunior Alfonsi frater: q̄q̄ rerū oīm Genuēsiū ad Thomā

Carol⁹ Malatesta capitur.

Nicolaus Tertius Bellator.

arbitrium deferebatur. Præerat equitatui Baptista Campofulgo
Petri sobo- sus quartus a Thoma frater. Nanq; Petro qui Cyprum domuit:
les. felix admodum fuit coniugum in prole fœcunditas. Octo enĩ mo
riens liberos reliquit, quorum nemo non virilis ætatis annos atti
git. Horum natu maxim⁹ Rolãdus fuit, deinde Thomas, post eũ
Bartholomæus. hunc sequebatur Spineta, post Abraham, Bapti
sta, Prosper, & omnium nouissimus Ioannes. Ex his priorum qua
tuor Theodora Spinula: reliquorũ totidem Benedicta Auria ma
ter fuerat. Cum patenti campo Tertius copias instruxisset: nõ de
tractauere hostes certamen. Nam mercenarius miles bellis assue-
tus q̃q̃ numero longe impar: subitarium & diuersis collectum re
gionibus milite: cui neq; dux erat notus: neq; ipse duci: facile cõ-
Prælium. temnebat. Commissum est prælium equestre primum: & egregie
vtrisq; pugnantibus: incerta victoria discessum est. Cum postera
die suas Tertius copias in aciẽ educeret, manifesta pauoris signa
edidere: vixq;, nondũ conspecto hoste, moueri loco poterant. Vbi
vero vulgatum est Ioannem Ludouicum Fliscum a Pontremulo
Taroq; cum lecta iuuentute descẽdere: tum demum ante teli ia-
ctum in fugã versi: per inuia quæq; præcipites ferebãtur, adeo vt
hostes immodicam sine vlla ratione trepidationem insidias suspi
cati: aliquandiu presso gradu substiterint. Postq̃ vero longe abes
se insidias patuit: non equitatus modo: sed pedites quoq; sociiq;
nauales fugientes insecuti, tela, scuta, magnamq; armorum vim
passim abiectorum calcantes: haud multis cæsis plurimos hostiũ
cepere: in quibus etiã Iacobus Imus Brixianus & pleriq; alii prin
Clauarum cipes viri capti sunt. Q; nisi Clauarum oppidum fugientes exce-
pisset: vix eorum quisq̃ hostium manus effugisset. Iisdem fere die
bus fessi bello Florentini: deletis sæpe exercitibus: capto ad postre-
mum Carolo Duce aliquot ad Philippum populis desciscentibus
diffisi rebus suis: legationem ad Venetos decernũt: opem aduer-
Florentini sus Philippum petituri. Legati cum belli societatem orassent: nec
a Venetis quisq̃ Venetum senatũ mouissent: missa secunda legatio est: quę
opẽ iplorãt cum res aduersas ac pericula sua ordine memorasset: negata rur

sum sibi societate: postremo Nicolaus Vsanus gratia, prudentia,
auctoritate in populo suo facile princeps: vltro se Venetias pro-
fecturum si senatui placuisset: pollicitus est. Cum charitatis
in patriam collaudatus fuisset: in conspectum Ducis ac senatus
Veneti introductus: enumeratis cladibus Florentini populi:
cum egestatem ęrarii: alienatos ab se vicinorum animos: quãtoq;
in periculo salus ciuitatis versaretur omẽs edocuisset: nouissime
addidit: Nos quãdoquidem a vobis repellimur: Philippum Regẽ
faciemus, vos postea Cæsarẽ. Ea verba cũ indignantis & præceps
consilium capientis esse viderentur: inflexerunt tandẽ Venetorũ Fœdus Ve
animos: fœdusq; contra Philippũ cũ Florẽtino populo ictum est. netorũ cũ
Interea duodeuiginti triremibus Genuæ raptim exornatis: onera Florẽtinis
riæ duæ adiiciuntur: velut arx & perfugiũ ad casus incertos. Pla- contra Phi
cuitq; classem in ipsis faucibus portus paratã teneri: ne intra vr- lippum.
bem in qua diuersa iã studia exarserant: hostiles naues quicq̃ mo
tus excitarent. Et classis Hispana parata decernere: aliquãdo pu-
gnãdi potestatẽ fecit: sed †temeritas videbatur rem summi discri †temerita-
minis aleæ cõmittere: cũ etiam nõ deessent qui vererentur ne in tis.
ipso certamine dubia adhuc victoria: populus discors arma corri
peret. Itaq; tormentis quandoq; sagittisq; fine vllo memorabili fa
cinore eminus certatũ est. At Florentini posteaq̃ experimento co
gnouerũt triremes regias nihil aliud esse q̃ inexplebilẽ quãdã pe-
cuniarũ voraginẽ, rumoribus & ostentationi plurimũ: vtilitati
parũ admodũ inseruientem: rem populari aurę præferentes: clas-
sem dimisere: & ad alia consilia versi, mari cesserũt. Hæc dum ita
geruntur: Franciscus Carmaneola impatienter ferẽs Taurellum
in præfectura classis prælatũ sibi a Philippo fuisse: nec multo post
reuocato sibi a præfidatu Genuæ: Iacobum Isolanum Bononien-
sem diui Eustachii Cardinalem: iussu Philippi successisse: ad hæc Franciscus
simul cernens aduersarios suos apud Philippũ gratia præualere: Carmaneo
metu indignationeq; commotus: clam Mediolano excessit: pau- la Dux ex-
cisq; mensibus dum Regum populorũq; animos explorat: absum ercitus Ve
ptis: a Venetis tandem mercede conductus: rei militari præficit, netorum.

Cõmíſſa ígitur ei aduerſus Philippum belli ſumma:cum copías omnes magna cura percẽſuiſſet:ímpetu ín Brixiam facto:multís ciuiũ adiuuantibus íntra mœnia ſtatím acceptus eſt:adiũctoq; ſi bí populo:ad arcium expugnationem accíngitur. Inerat autem Franciſco non modo vígor animí & admirabilís quędam conſilíí promptitudo:ſed mílitarium quoq; artium ſumma perítia: vt q̃ non claritate generís aut vllís opíbus,ſed ſola rei bellícæ laude ex ínfimo loco ad id faſtígíi euectus eſſet.Præter quę íngens inſup íl li ſtudium fuit ita eníti:vt maximarũ rerum quas pro Philíppo geſſerat:gloríam omnẽ ín ſe verteret:adeo vt Duce mutato:mutata quoq; Philíppi fortuna víderetur. Flagrabat præterea cupíditate non tam Philíppum q̃ proprios æmulos vlcíſcendí: quorum detractionibus ac dolis expugnatus ducis animus:a ſingulari víri beníuolentia ín odíum eíus traductus fuiſſet. Brixianís ígitur arcíbus foſſa íngentiq; vallo cínctís,tormentís muros quatit.Neq; ígnarus præſidíum ad deditionem earum cogí non poſſe:níſi aut ſublata ſubſidíi ſpe,aut rerũ oĩm inopía fractũ:ita oẽs ſepſit aditus:vt neq; Philíppi copiæ ſuccurrere obſeſſís poſſent, neq; clam quiſq̃ ín eas penetrare.Exitu eíus ætatís cum Abrahã Campofulgoſus collecta agreſtíũ manu:e Sauíníono Montobíoq; profectus ſilẽtío noctís aditũ ín vrbẽ habuiſſet:re cognita multís locís in vrbe pugnatum eſt:preſidioq; qđ vt portę vaccarum preſſet:turribus eíus ímpoſuerat:leuí prælío índe mox eiecto: paucís cæſís:pluríbus captís:Abraham cum reliquís in fugã verſus vrbe ſe proripuit.Philippus qui mari terraq; Italiam modo totã quatiebat:amiſſa Brixia:Genua prope erepta: íngruentibus vndiq; periculís territus:conſilía pacís cum Alfonſo íungendæ agítare cœpit.Neq; regis animus experti tandem quantũ rebus ſuis momẽti eſſet ín Philíppo:a pace abhorrebat.Legatioíbus ígitur cítro vltroq; miſſis:inter Regẽ Ducẽq; pax renouata:in qua promiſit Philippus Caluũ & Boníſacium oppída Corſicæ,regí tradere.Id quoníã inuítis Genuenſibus:ínuítis oppidanís preſtare non poterat:arces ínterím portus Lunẽſis & Illícis:ea cõditione Alfonſo deduntur:vt donec promiſſa Philíppus ímpleret: hæ ſumptu Ducis Regío præſidío tenerent.His aliíſq; cõditionibus cũ anno Mcccccxxvi.redíntegrata ínter eos amicitia fuiſſet: nullo tamen Genuenſíum aſſenſu:pacata maria & tuta nauígatío fuit: pterq̃ a Florentínis:qui pauculís alíquãdo bíremíbus tríremíbuſq; predonũ non bellígerantiũ more minorĩbus nauíbus ínſidíabantur. Nec ante mari abſtinuerũt:q̃ captís Andrea Maríno,Iulíano Turpiano,& Petrucío Verro trierarchís totídẽq; eorũ tríremíbꝰ: hís cladíbus edoctos ínceptí pœnituit. Eodẽ anno cũ Brixianarum arciũ pſídia longo tẽpore obſeſſa,fruſtra Philíppi auxílium expectaſſent:pacti tandẽ vt ſaluís abíre líceret:arciũ deditionẽ fecere Ita nobílíſſima ciuitas Cenomanorũ quõdã Gallorũ caput: ĩ Venetorum ditionẽ redacta.Biennío quoq; qđ poſtea ſecutum eſt: cũ Philíppo non tam exercitus q̃ Dux deeſſet: magnís cladíbus prope obrutus eſt.Nã cũ præfectorũ ſuorũ nemo vnus adeo excelleret:vt nõ ímperío eíus parere relíquos puderet: eo Philíppũ neceſſitas adegit: vt Carolũ Malateſtã hoſtíum quondã Ducẽ: & quidem abſentem exercitíbus præficeret:deín vícariũ ei ſubſtítueret alíum ítem Carolum Malateſtam:quem íuníorem vulgo nominabant.Ita cum caſtra eíus,velut ípſum Ducís nomen per ſe ín bello ſatis eſſet:a nemíne vno regerentur:multíſq; ex æquo ímperantibus contentío æmulatíoq; tempora conſilíorum eríperent, íngens calamitas accepta eſt.Nanq; Carmaneola quẽ níhíl horum latebat:cum irritatís hoſtíbus eos tandẽ ad pugnã elícuiſſet:íuſſís equitibꝰ vt delectorum ad id peditum vnũ equo quiſq; acciperet: paludem q̃ media ínteriacebat:ingreſſus eſt:qđ vbí hoſtes conſpexere: citatís & ípſi equís obuiam venientíbus perrexere. Commiſſum ín ípa palude preliũ eſt:cum ab vtroq; latere patentes vías obiecto pedite Franciſcus íta preclúſiſſet vt nõ alíbi q̃ ín paluſtrí ſolo pugnarí ab eqtibꝰ poſſet.Ibí cũ ín mollí ac lubrico vix mouerent equi:quídã etiã haurirẽtur aut caderẽt deſilientes equo expediti pedites:omne dimicatiõís díſcrimẽ paruo labore ſuſtulerũt.Cum enim nullus eſſet vſus haſtarũ: ipſoq;

Abraham Campofulgoſus.

Pax ĩter Alfonſum Regem & Philippum.

Brixia íĩ Venetorũ ditionẽ redacta.

armorum pondere viri equiq; pene obruerentur, semiermi & agili militi facile cessere. Captus omnis prope equitatus: partaq; eo die victoria quæ bello finem imponeret: si fortuna Franciscus uti voluisset. Verum dum vel clementiæ famam quærit: vel beneficiorũ Philippi non immemor: veteri aliquid amori tribuendum putat, paucis præfectorum exceptis: captiuos omnes dimisit. Quæ res ei postea suspitionem perfidię & exitium tandem comparauit. Nam Veneti post hac q̃ minimum ei credentes: omneq; sermonem actionesq; eius obseruãtes: quasi in Philippi gratiam redire cuperet: dissimulato odio: veluti eum de summa belli audire vellent: Venetias euocatum indefensumq; ac nullius certi criminis dãnatũ securi percusserunt: publicatis etiam bonis eius: quæ in sumptus belli haud parum temporis satis fuisse dicũtur. Hic fuit vitæ exitus Franciscí Carmaneolæ viri non obscuro modo, sed etiam sordido loco nati: adeo vt etiam porcorum greges puer pauerit: literarum ita prorsus ignari: vt primas figuras nõ cognosceret: verum forma ac viribus corporis fide aliisq; virtutib⁹ digne memorabilis: rei vero militaris peritia vsq; adeo præcellentis: vt bellorum arbiter videri posset. Nã ad vtroslibet ille trãfisset: migrasse cum eo fortuna credebatur. At Philippus rebus aduersis & magnitudine periculi territus: ad repetendum Apuliæ Regnum Alfonsum sollicitat: ratus fore vt si Alfonsus opera sua reciperetur, is postea magno sibi aduersus Venetos vsui futurus esset. Rex cum amicitiam Philippi sine Genuensibus non multi faceret: legatos ad pacem societatemq; iungendam Genuam mittit Bernardum Coruariamum & Andream Bibriũ illustres equites: & cum eis Belengarium Clauellum iuris ciuilis peritia clarum. Qui cum legatiõis causas exposuissent: & senatus in conciliũ reliquos magistrat⁹ vocasset: ex omniũ sententia quatuor viri creati sunt: quibus renouandę cum Rege pacis arbitriũ committeretur, Barnabas Godaneus præclarus iuris interpres, Clemẽs, Squartiaficus, Thomas Iudex, & Gaspar Lercarius. Hi cum Regiis legatis pacẽ noĩe populi Genuẽsis: nulla habita Philippi

Frãciscus Carma. securi percutit

Pax Genueñ. cum Alfonso.

mẽtione iunxerunt anno. MCCCCXXVIII. tertio nonas Maias Regis societatẽ aspernati: ne videlicet pronus in arma & inquieti cõsilii vir: nouis Genuenses bellis inuolueret. Aestate insequẽti ingẽs & insolita Italię siccitas inter ꝓdigiosa ꝓfecto haberi posset: ab iis præcipue qui assiduitatem imbriũ: inundationes fluminum & quicquid modum excessit: inter prodigia numerant. Nam cum ab exitu Iunii vsq; ad septimũ Idus decẽbres: nullus ne minimus quidem imber terras perfudisset: non torrentes modo: sed vberrimi quoq; fontes prorsus exaruerũt. Intra vrbem certe fonte Amatorio, fonte Riui turbidi: & quem Puterellum vulgo nominant: sponte exiccatis: dantibus operã præfectis portus ac molis: purgati oẽs sunt: qđ viuentiũ nemini antea vidisse cõtigerat. Plus tamẽ metus q̃ calamitatis ea res attulit. Nam neq; agrorum sterilitas vlla: neq; annonæ caritas, ob id secuta est. Eodẽ quoq; anno Philippus Venetici ac Florentini belli mole defessus: Mariã Amedei Sabaudiani Ducis filiã sibi matrimonio iũgit: traditis socero Vercellis inter transpadanas vrbes haud postrema: cõfisus fore vt ab eo aduersus Venetos in bello iuuaretur. Neq; multo post cum super renouandę pacis cõditionibus ad Nicolaũ Bononiẽsem sanctę Crucis Cardinalẽ: delatũ fuisset arbitriũ: iudicio eius pace cõposita ab armis cessatum est: verũ ita cessatum, vt appareret certamina nõ tam sublata esse q̃ dilata. Erant enĩ conditiones in pace cuiusmodi esse solent: cũ perduelliũ alter in rebus aduersis: nõ vt mansuram pacem: sed vt effugium periculi, pacẽ quærit. Nam & oppidis quæcunq; tempore belli ex hoste occupasset: & Bergomo preterea celebri vrbe Cenomanorũ: cedere Philippus ex pace iubebatur. Itaq; neq; exercitus dimittebant: & pecuniarũ cõquisitio nullo tempore remittebatur. Vixdum circũacto biennio cũ Florentini Paulo Guinigio Lucensi tyrãno infensi: eo q; Philippi partibus fauisse putabatur, exercitus vastando Lucensi agro immisit sent: populus vt creditur suasu Philippi correptis armis, & capto tyranno, libertati ciuitatẽ restituit. Ac missis Genuã legatis qui aduersum Florẽtinos auxiliũ peterẽt: fœdus cũ Genuẽsibus pepi

Italię siccitas prodigiosa.

Philippus Mariam Sabaudiani Ducis filiã vxorẽducit Vercellę.

Pax inter Philippũ & Venetos.

Paul⁹ Guinigi⁹ capit.

gere. Numerata sunt Lucẽsibus aureorũ quindecim milia: quæ in vsum belli erogarent: p̃ quibus statuto tẽpore reddẽdis: traditę pignori Genuẽsibus sunt arces Motronii & Petręsanctę. Promissa Carraria, promissa Auẽtia: vt hęc sumptu Lucẽsiũ: præsidiis Genuẽsiũ tenerent. At Florẽtini magnis exercitib⁹ cõparatis: Philippũ qeturũ rati: Lucę obsidionẽ moliunt: p̃clusoq; oĩ aditu magno in discrimine ciuitatis salus versabat. Et iã Philippo aliquãtũ ab armis otii fuerat: resq; suas ita cõposuerat: vt palã esset eũ ĩ paucis cõditionibus nõ diu mãsurũ. Inter quæ Nicolaũ Perusinũ cognomine Paruulũ: copiis suis Ducẽ præfecerat: virũ cũ ingentis animi: tũ militariũ rerũ peritia cũ perpetua quadã felicitate admirabilẽ. Is cũ obsidionẽ soluturus in agrũ Lucensem descẽderet: rẽ tantã sine sagittariis perfici nõ posse obtestatus: sagittariorũ duo milia popposcit: quorũ opera mõtuosis & asperis locis vteret. Scripti extẽplo sunt in agro Genuẽsi supra mille & quingentos. Hiq; haud procul oppido Spędia in villa quã Miliarinã vocant in vnũ contracti: mox in Paruuli castra peruenere. Nicolaus locis editioribus castellis extructis: ibiq; Genuensibus in prędidio locatis: cũ reliquo exercitu hostes adortus: memorabili victoria Florentinorũ copias fudit: captis supra mille & quingẽtos equitibus, castris hostiũ p̃daq; haud leui potitus. Ita exeũte anno. MCCCCXXX. sęua hyeme, mẽse Decẽbri: magna cũ hostiũ clade Lucẽsis popul⁹ in extremis iã rebus positus, virtute Paruuli liberatus est. Cũ iã pace vtringq; cõcussa ois eius reuerentia cõtemptui esset: summa vi bellũ ab vtrisq; sed a Philippo enixius terra mariq; parabatur. Nã posteaq; Lucẽsis soluta obsidio est: Philippus vt eũ populũ patribus suis adiũgeret: pręter arces Motronii & Petręsanctę Genuẽsiũ prędidiis seruãdas, cõuenerat vt Lucẽses prętorẽ sibi quotãnis ex Genua legerent: isq; semper senatui interesset: sineq; eius auctoritate neq; audiri vllam vllius populi legationem liceret: neq; item legatos mitti. Iacobus quoq; Apian⁹ Plombini Regulus se suaq; fidei Genuensium commisit, eosdem & hostes & amicos habiturus: quos Genuensis populus habuisset. Est autem Plombinum non idem vt quidã opinantur oppidum: quod veteres quõdam Populoniã dixere: sed illa potius excisa: hoc ex reliquiis eius cõditũ: octo fere milibus passuũ versus orientẽ a sede veteri recedẽs. His quoq; belli conatib⁹ accessere Senẽses: q Florẽtinis infensi: postq; subactas Pisas opes eoq; magis magisq; formidãtes: bellũ in Hetruriã trãsferri cupiebãt. Cõtractũ igitur iter Genuẽses ac Senenses fœdus est: ea quidẽ lege: vt quingentos equites & mille pedites ad bellum in Hetruriã gerendũ Genuẽsis populus mitteret. Horũ oĩm qui memorati sunt viribus: attinẽdi erant intra Hetruriã Florẽtinoq; exercit⁹: Philipp⁹ trans Abduã flumẽ arma Venetis illaturus: qui ne maximis eorũ opibus solus obiiceret: placuit vt palam a Genuensibus bellum eis indiceretur. Nec mora, classis quoq; decernitur: parãtur vna & viginti triremes: Plõbinensi regulo duarũ ex his armandarũ curã suscipiente. Nunq; eo seculo intra Italiam tanto conatu bellum instructũ est: cũ tota Cisalpina Gallia omnisq; Hetruria armorũ studiis ĩcẽsa esset: duas quoq; prætalidas classes duo populi maritimarum rerum gloria maxime illustres: summa vi molirentur. Verum omnium primus rerum bene cõpositarũ ordinem Philippus turbauit. Nã cum ante expectatum Venetorũ Duces mouissent: nec ipse inopia pecuniæ omnes adhuc copias ex hibernis eduxisset: paucitati suorum diffisus, equitatum qui ex composito Hetruriam petitur⁹ erat: hosti ĩ Abduę ripis opposuit. Ita in Hetruria nihil ea æstate memorabile geri potuit. Accessit & clades mari accepta: quæ pleraq; bene cõstituta mutare coegit. Franciscus em̃ Spinula Genuẽsis classis p̃fectus: cum allatũ esset classem Venetã Pisanum portũ tenuisse: nondum satis paratas naues raptim soluit: occursurus hostibus vbicũq; obuios fors obtulisset. Nullisq; rebus satis pto nauali disciplina' cõpositis: biduo posteq̃ soluerat hostili classe cõspecta in eã inuectus est: maiore sane animo q̃ cõsilio Pugnatum est ita anno. Mcccc xxxi. septimo kalendas septẽbres ante tẽplũ Diui Fructuosi: qđ in promontorio positũ est qndecim passuũ millia ab vrbe distans: pari aliquãdiu fortuna. At posteaq̃

Nicolaus Perusius.

Florentini Vincunt.

Iacob⁹ Apianus. Plombinũ.

Bellũ inter Genuenses & Venetos

Pugna nauals.

triremis vna Florentinorũ ex iis maioribus quas in vsum ferendi oneris extrui videmus:quæ prẽter remiges ac nauales socios: trecẽtos quoq; milites vehebat:passis velis in medios hostes illata est:quascũq; obuias habuit naues disiecit:& vasto impetu prętoriam feriens:ita inclinauit in latus:vt nemo non pronus caderet,nauẽq; obrui trepidus putaret.In eam hostes nullo ꝓhibente transilientes:cũ signa deiecta in mare ꝓcipitassent: reliquæ oẽs in fugam versæ sunt.Ex iis vndecim portum Delphini propinquũ admodũ petiere.Vna Genuã rediit.Plombinensiũ quoq; vna alto se cõmittens Plõbinum tenuit.Octo in hostium potestate cũ ipso Prefecto venere.Classis victricis Dux Petrus Lauredanus victoria modeste admodũ vsus est.Nam Franciscũ reliquosq; captiuos,humane ac perhonorifice habuit:turmasq; nauticas sine precio dimisit omnes.Neq; Venetis incruẽta victoria fuit:multis in prælio cęsis,pluribus vulneratis:adeo vt cum Pisanũ portum Labronamq; repetissent:exarmatę naues fugaq; desertæ viderẽtur. Clade cognita Genuẽses ne hostib⁹ audacia crescret: naues quę pugnę supfuerant,cũ loco cæsorũ sauciorũq; integros substituissent:redarmant.Pauculisq; additis.xii.nauiũ classem portu educunt:ꝓposito illis Nicolao Iustiniano Frãcisci filio:satis esse arbitrati eo nũero semiermib⁹ hostib⁹ occurrere.Ita qđ superat æstatis totũq; autũnũ ea classe fines suos tutati sunt: cũ Veneti recidẽdis animis curãdisq; vulnerib⁹ intẽti:nunq; postea hostes lacessierint. Eodem anno cũ Venetias perlatũ fuisset:trãsmarinas Genuensium vrbes nullis presidiis teneri:cõtractis raptim nauibus onerariis.xiii.& maioribus ad onera ferenda triremibus numero duodecim:tribusq; minorib⁹:quas Graciles vulgo vocam⁹,re dissimulta Chiũ petere statuerũt.Classe igit̃ exornata:septingẽtorũ q; militũ cohorte:cui ꝑerat Scaramucia Ticinẽsis vir acer & bellicis laudib⁹ celebratus:nauib⁹ impositа:Chiũ traiecere Nouembri mẽse sæua admodũ hyeme:verũ cursu adeo celeri: vt prius e locis editioribus insulæ classis conspecta sit: q̃ ad vrbis defensionem parari quicq̃ potuerit.Dum Veneti copias exponunt: dum

Petrus Lauredan⁹

Labrona, nunc Libur na.

Nicolaus Iustinian⁹

Scaramucia Ticinen

loca explorant figendis castris aptiora: dum maiora tormẽta instruunt: temporis paululum ad consultandũ agendumq; clausis ac trepidantibus datum est.Prefícitur ante oĩa summę belli Raphael Montaldus Leonardi filius vir inter arma educat⁹ & multarũ rerũ experientia clarus:turribus mœnibusq; præsidia dispo nuntur:magna Scorpionum vis, magna sagittarum totis muris congesta. Veneti post triduum vrbis oppugnationem aggressi: infirmos vetustate muros:nec aduersus ingentium Bombardarum vim structos:facile decutiebãt:lateq; dabat id genus tormẽti vastas multis locis ruinas.Scorpionibus cõtra certantes q clausi erant:vt nõ horrifico sonitu tantũ terroris:ita plus cædis ac vulnerum in hostes edebãt.Pugnatũ est vtrinq; summa obstinatione:cũ illi ꝑ patria proq; coniugibus ac liberis opponerent corpora:hi præter oppidi prædiuitis prædam: indignarentur etiã vrbem exiguã humili loco positam:nullo externo defensam presidio,non statim cessisse.Cum nox supueniens prælio finẽ fecisset fama est Scaramuciã dũ de belli gerendi ratione cõsuleretur, Andreæ Mocinico classis prefecto respondisse:se velut ad Græcorũ castellum oppugnandum duceretur eo tractum: inuenisse vrbẽ cui neq; arma,neq; viri,neq; animi, neq; Italicarum artium quicq̃ deesset:pinde aut abeundũ:aut in obsidione spem omnẽ reponendã esse.Genuensibus vt primæ dimicationis exitus animos dabat:ita eos strati passim muri solicitos habebant.Nam neq; facilis refectio deficiente materia:& maiore multitudine opus erat ad tuenda loca muro nudata.Stabant in portu ingentis magnitudinis onerariæ duæ,preciosis mercibus plenæ: ita in angusto portus ore collocatę:vt Venetis nauibus proras obiicerent. Ipm autem portus ostium singulæ vtrinq; turres ita claudebant: vt intrantes exeuntesq; sub ictu naues haberent.hæ & naues & turres validis etiã præsidiis egebãt:ne alioquin portu hostis potiretur.Cum igitur pugnantium paucitas tot diuisa locis minime sufficeret:inuenit fortuna consilium, ad qđ humana ratio obsistente auaritia,vix vnq̃ traduci potuisset, Nam biremes quædã

Raphael Mõtaldus.

& maiorũ nauiũ ſcaphæ,cũ inter ſcopulorũ anguſtias ꝙb⁹ alicu-bi claudit,clã noctu in portũ penetraſſent, tãtũ cõſpectę pauoris iniecere: vt admotis paulo poſt onerariis: turres naueſq; preſidium deſeruerit iniecto prius ab ſe ꝓpriis nauibus igne:quo mox cuncta cõflagrarunt.Ita portu in hoſtium poteſtate redacto:cum ea manus in vrbem confugiſſet.tanta fuit oppidanis acceſſio viriũ:vt qui diſiectis mœnibus paucitati ſuæ modo diffidebant,iis vltro ad laceſſendũ hoſtẽ etiã animi poſtea ſupeſſent.Veneti portu turribuſq; potiti: cum oppugnandę rurſus vrbis conſiliũ cepiſſent:maximas nauium portu acceptas mœnibus applicãt:delectaq; iuuentute impoſita , reliquis copiis oppidũ a terra cinxere.Ei vero murorũ parti quæ ad orientẽ ſolem ſpectat: triremes minoreſq; onerarias ad obiiciendum oculis terrorem oppoſuerunt. Atq; ita vndiq; impetu facto anceps pugna cõmittitur. Erat ea Venetis tormentorũ copia:vt ſupra octingenta ſaxa vna die intra vrbẽ miſſa fuiſſe,ii qui interfuerunt affirment.Male ꝓfecto de genere humano merita Aegyptus eſt:vel vt alii putant Germania:quæ omnium prima exigui puluerís commixtione,id cladis vrbibus ac populis cõmenta eſt:vt arietem, balliſtam, cæteraq; veteris militiæ tormenta:iam inter mitiorum artium inuenta numeremus. Cum principio tormentis ſagittiſq; eminus certaretur: dein quaſſati multis locis muri:peruadendi in vrbẽ ſpem facerent, magna hominum vis ſagittis vulnerabatur: ſed erãt letalia potiſſimũ vulnera ĩ mercenarios milites Scaramuciã ſecutos.Nãq; in hos aut nullis aut leuib⁹ admodũ armis tectos: cõfertim pugnates:vix vllũ ſine ictu intercidebat telũ.At in medio pugnę ardore dũ cũcta fragore & clamoribꝰ ſtreperẽt iuuẽtꝰ q̃ ex maioribꝰ nauibꝰ ꝓximos muros oppugnabat:iã eũ vrbis locũ ꝑſidio nudauerat:ſcaliſq; ad id ipm paratis mœnia indefenſa ſcãdebat.Propugnacula eñ q̃ in ſũmitate mali extructa erãt:adeo ſupemínebãt:vt ĩ murꝭ cõſiſtere nemini ſine exitio liceret.Q̃d vbi aſaduerſum ẽ:patefieri portã ꝑfectꝰ ĩpat:& in latera ſcãdẽtiũ

Chius a Venetis oppugnat.

Culpat inuẽtorem Bõbardæ.

impetu facto ꝑcipites prouoluũt ac deturbãt paucis cęſis:pluribꝰ ruẽtibus ſcalis armorũ pondere exanimatis. Cõſtat vrbẽ ea die capi potuiſſe:niſi aduſtarũ nauiũ copię pridẽ intra oppidũ acceptæ fuiſſent:cum oppidanorũ paucitas vix tuendis mœnibus nedum eruptioni ſufficeret.At hoſtes q̃q̃ partũ proſpere tentata vrbis oppugnatio erat:preliũ tamẽ in veſperam vſq; produxere : quod cũ nox diremiſſet:compertũ eſt magnã hominũ vim ſagittis maxime aut cecidiſſe aut vulneratã ad naues relatam fuiſſe : adeo vt poſtea & multo minores copiæ viſæ ſint:& ſegnius pugnarint. Veneti magna potiundæ vrbis ſpe deiecti:dum de bello cõſultãt placuit auctore Scaramucia occultis in oppidũ cuniculis aditum quærere.Itaq; dũ cœptũ opus pertinaciter vrgẽt:Scaramucia forte inermis:dum vel foſſores vel loci ſitũ intentius ſpectat:ſagitta ictus intra paucos dies moritur:quo adempto,& ſpei & cõſiliorũ pars maxima hoſtibus intercidit:adeoq; obſeſſis creuerũt animi vt ſępe patefacta porta in obſeſſores erumperẽt:ſæpe nõ niſi victores aut æquo Marte prælio excederẽt.Libet hoc loco referre id qđ eo bello eueniſſe nemini eorũ qui obſidebant ignotum eſt . Et q̃q̃ vereor nequis mihi forſitã obiiciat hiſtoricę me breuitatis immemorẽ leuia nimiũ conſectari:malo tamẽ eã culpã,ſi mõ culpa eſt, ſubire:q̃ rẽ cognitione dignã , & quandã velut animorũ noſtorũ diuinitatẽ arguentẽ:vanæ reprehenſionis metu reticere.Ambroſius Grimaldus vnus erat eorũ qui intra Chiũ arma ferebãt:vir ꝑter generis nobilitatẽ etiã ex ſe notꝰ.Is cũ in cœtu amicorũ narraſſet : ſe nocte proxima per quietem vidiſſe ſerpentem terribilis admodum formæ in ſe tendentem:qui ore ignem efflaret:eiq; exitiũ minitaret:monitus fuerat ab armis quieſcere:ſeq; intra mœnia tenere.Eam ob cauſam cum poſitis armis otiaretur:forte euenit vt repente patefacta porta omnis multitudo procurreret : q̃ hoſtes propius acceſſiſſe allatum erat.Cum nemo propę eſſet qui non porta egrederetur:ipſe quoq; immixtus turbæ inter vltimos tamen erupit:& cum pone parietem quendam lateret : vix caput exerẽs:vt quid ageretur ſpectaret:lapis Bõbarda excuſſus

Scaramuciæ ĩterit⁹.

Durũ inſolmnium.

Ambroſi⁹ Grimald⁹ cadit.

caput illi ſtatim omne perfregit. Atq; ita virib⁹ ignis exanimatus ſomnii fidem impleuit. Cũ fama Venetę claſſis & prędiuitis oppi di periculum anxios atq; ægros multos etiam procul poſitos in ſuſpenſo teneret: pluresq; inuenirentur qui cuperent: q̃ qui aude rent obſeſſis opem ferre: Damianus Grillus apud Peram Genuẽ ſium Coloniã tũc agẽs: cum iuuentutis animos ad aliquid audẽ dũ extimulaſſet: paucos, hoc eſt. LXX. ferme viros: in conſilia ſua traduxit: qbus cũ ex ærario publico merces haud magna nume rata fuiſſet: paruis biremibus vſq; ad cõſpectũ hoſtium peruenit. Edoctus deinde quo in ſtatu res eſſent: & pleraq; ppriis etiã ocu lis cõtemplatus: ſilẽtio noctis, per hoſtiles naues totq; vbiq; diſpo ſitas cuſtodias in vrbẽ penetrauit. Mirũ dictu quantũ obſeſſorũ fi ducią tã exigua manus auxerit: cũ alii ab hoſte tã ignauo nihil iã inſtare periculi: alii non expectandũ vt fuga e manibus elabat: alii veris falſa miſcẽtes: multa eiuſmodi ad cõcitandos animos in vul gus iactarent. Neq; multo poſt cũ obſeſſores obſeſſi crebro laceſſe rent: Veneti clã noctu copiis ĩ naues impoſitis. XVI. Calẽdas Fe bruarias victis ac fugiẽtibus ſimiles: duabus onerariis naufragio amiſſis: obſidionẽ deſeruere: Rhodũq; delati tantã ſauciorũ multi tudinẽ in terrã expoſuere: vt quæſitum ſit quiſq̃ ne ex tanta claſ ſe integer aduenisſet. qđ certe apud vtroſq; conſtitit: Scaramu ciani milites haud plus dimidio ſuperfuere.

Damianus Grillus.

LIBER TERTIVS.

Bartholo męus Ca pra põtifex Mediolanẽ.

AT Philippus vbi cladem ſub Franciſco mari ac ceptã cognouit, reuocato Bartholomæo Capra Mediolani põtifice: qui Iacobo Iſolano Cardina li ſucceſſerat: Oldradũ Lampugnaneum Medio lanenſem Genuę præficit: magnoq; ſtudio con tẽdit nouam parari claſſem quę acceptum vul nus vlciſceretur: viroſq;, ac pecunias, haſtas, ſa gittas, & pleraq; eiuſmodi ad exornandam claſſem pollicitus: nõ multo labore peruicit. Decretis igit̃ nauibus onerariis, XIIII. cum triremibus decẽ: prefectus ſtatim deſignatur Petrus Spinula Cy

Oldradus Lampugna neus.

Petrus Spi nula.

priani filius. Hæc dum ita agerentur: etſi allatum erat validam Venetiis claſſem profectam eſſe: eamq; in Ionio mari cõſpectam: Zacinthum Cephaleamq; verſus curſum intendere: perpauci ta men inueniebantur: qui vrbibus tranſmarinis metuendum puta rent. At poſtq̃ aliis ſuper alios aduenientibus nunciis patefactũ eſt hoſtile conſilium: palãq; fuit cognouiſſe Venetos nullis Chiũ prędidiis teneri: nõ exploratores circũmiſſos: nõ vigilias: non cu ſtodias auctas: omnia vt in ſumma pace ſocordiæ ac ſecuritatis plena, ob eaſq; cauſas ad occupandam prædiuitẽ inſulam arma vertiſſe: tũ demũ expenſo periculo: cũ in feſtinatione claſſis ſpes omnes repoſitæ eſſent: omni ſtudio conquiri pecunias: refici na ues, conduci viros, piſtorib⁹ triticum diſtribui: oĩa apparatu bel li ardere. Vt vero deſertis turribus & nauibus concrematis ho ſtes portu quoq; potitos allatum eſt: quo maiores accipiendis ſti pendiis copiæ confluerent: exulibus damnatiſq; qui in ea expedi tione militarent fides publica data eſt: & promiſſa ad id tẽpus im punitas. Sed obſtabat aſperitas hyemis: quantumq; difficultates reliquas ardor animorum ſuperabat: tantũ breuitas lucis: imber gelu, mare cõcitatũ, eiuſmodiq; inclemẽtia temporũ opus omne retardabãt. Cũ oĩm animos ingens metus inuaſiſſet: nuncius ec ce ſuperuenit biremẽ haud magna literas ex Chio Venetias at tuliſſe: quibus lectis magnos tota vrbe luctus auditos eſſe. & q̃ q̃ nihil ex eo certius afferebatur: cõiectura fiebat tamen res ho ſtibus parum ſecundas fuiſſe. Nec multo poſt leti nũcii aduene re: claſſem obſidione ſoluta nec leui clade accepta Rhodum abiiſ ſe. Eam ob cauſam ſtudium illud ingens auxilii maturandi: ſubla to iam metu paululum remiſſum eſt. Per eadem fere tempora co gnitum eſt duas Venetorum triremes onerarias: quæ negotia tionis gratia Tanaim Trapezontamq; plenę mercibus petebant: fœda tẽpeſtate correptas: apud Soltaiam naufragio periiſſe: pre fectũq; ac pleroſq; primarios ciues in littus eiectos Caphã miſſos fuiſſe: ibiq; in cuſtodia ſeruari. Iiſdem quoq; temporibus Ioanna Regina Apuliæ vt cognouit Alfonſum repetendo regno inten-

tum classem moliri, Ludouicum Andegauiensem Ducẽ iniecta spe successionis accersit: Rhegioq; & aliis Brutiis ciuitatib⁹ pfi-cit: vt si vim atq; arma hostis tentasset: paratũ haberet quẽ cona tibus illius opponeret. Circũacta iam veris parte: cũ nauib⁹ one-rariis delecta veteranorum militum manus imposita esset: reb⁹ omnibus recte paratis classem exeunte Aprili Petrus soluit: vide baturq; non minus terra q̃ mari bellum gesturus. Nam Veneti satis esse rati si sua tuerentur, pręsidiis maritimis vrbibus addi-tis: quindecim tantũ triremes parauerant aduersus repentinos incursus subsidium. Citeriora igitur maria peruagatus cũ pau-cas hostium naues cepisset: Ioniũ ingressus Corcyrę copias expo suit: vrbisq; oppugnationẽ adortus: quicquid ædificiorum con-iunctum mœnibus fuit: cepit, diripuit, incendit. Verum vt co-gnitum est valido eam pręsidio teneri: abiecta spe inde discessum est. Moxq; in Aegęũ cõuersus, Naxũ & Andrũ nobiles insulas le-uibus prælijs in deditionẽ accepit. Cũq; inopia cõmeatus fatiga-ret classis, Chiũ traiecit: multosq; dies molẽdi difficultate retẽt⁹: paucas nauiũ Cretã versus dimisit: q̃ cũ onerarias Venetorum e Syria redeũtes habuisset obuias: earũ vnã pciosis mercib⁹ grauẽ cepere, reliquę vẽtoq; ac noctis beneficio e cõspectu ablatę. Hoc modo exacta æstate cum parte autumni: dum classis Genuã re-dit: atroci tẽpestate iactatę naues diuersum cursum tenuere, vna etiam naufragio amissa: adeoq; sæua hyems & intractabile fuit mare: vt ægre Martio Genuam peruenerint onerariæ. Nec mul-to post cum peculatus accusaretur Petrus: magnaq; suorũ etiã inuidia premeretur: cõstitutis tamen grauibus ac seueris iudici bus absolutus est. Videbaturq; Philippus ad hoc vnum Genuæ præfecisse Franciscum Barbauariam: ne Oldradus apud quem gratia plurimũ poterat Petrus, iudicium corrũperet. Nam pau-lopost reuocato Frãcisco: rursus Genuã Oldradus remittit. Ae-state quæ mox secuta est, res in Cisalpina Gallia feliciter gestæ: a pfectis em̃ Philippi aliquot pliis victi hostes: sese intra vrbiũ mœ nia cõtinuere. Dein cũ pulcherrima Venetorũ classis Duce Ni-

Naxus & Andrus deduntur Ge nuen̄.

colao Taruisiano Padũ ingressa: cuncta terrore ac tumultu misce ret: petente opem Philippo: mille extẽplo sagittarii scripti & trãs Padũ missi sunt. Quod vbi Venetias platum est: iussus est Petrus Lauredanus: q instaurata veteri classe Ligustică orã ĩcursabat: Ve netias redire: qp non videbat iis nauibus satis continuisse Genuẽ-ses: quin terrestre auxiliũ Philippo præbuissent. Præerãt exercitĩ-bus eius Nicolaus Paruulus: cui liberata Luca ingens iam nomẽ fecerat: & Franciscus Sfortia: quẽ Philippi postea generum: nunc Mediolanensiũ ducem videmus. Hi cum Ticini refectas naues in struxissent: secundo amne hostibus obuiã pfecti: se tamen citra eo rũ conspectũ continebant: eratq; eis hoc melior q̃ hosti conditio: qp illis aduersus vim fluminis eluctandũ erat: ipsi quoties certã-di animus fuisset: prono alueo nullo labore ferebãtur. Paruulo igi tur & Sfortia aliud simulantibus: cum omnia ab exploratoribus crebro nunciarentur: inuadendi hostis clam consilium capiunt: raptimq; delecto ex omnibus copiis fortissimo quoq; : iisq; cũ Ge nuensibus sagittariis in naues impositis : magno impetu in ho-stes inuehuntur. Pugnatum est summo ardore nõ classe tantum sed in ipa quoq; Padi ripa, vsq; ad vesperã. Victoriãq; magis dis-tulit q̃ abstulit nox. Nam postridie quæ hostiũ naues fortiter re-stiterant: non tam expugnatæ q̃ captæ sunt, & quidem nullo peri culo. Cũ enim prima die pleręq; nauiũ vim inuehentis se Ticinẽ-sis classis nõ sustinuissent: multiq; nautarũ inclinata iã victoria si lentio noctis elapsi naues deseruissent: prima statim luce hosti vl-tro concessum est. Parta eo die præclara victoria: & quæ Philippi res haud dubie supiores effecerit. Cõstat eã classem maximo ac p pe incredibili sumptu cõparatã fuisse. Nã pter. LX. nauiũ alueos exquisitis artificũ ingeniis elaboratos: ibi arma, tela, commeatus, tormenta, & qcquid certis incertisq; casibus conducere posse pu-tabatur, vincendi cupiditas adeo accumulate congesserat, vt mi-rũ videretur tãtã rerũ omniũ copiã ipsas etiã Venetias suppedi tare potuisse. Interiectis deinde dieb⁹ cũ pacis iligẽdæ arbitriũ ad Nicolaum Estensem & Ludouicũ Salutianũ ambos Marchiones

Nicolaus Taruisian⁹

Franciscus Sfortia.

Pugna ad Padi ripam

delatum fuisset:pax renouata est:& captiui citro vltroq; dimissi. Et iam Siciliam noua classe traiecerat Alfonsus:cõfidens fore vt vel ab Ioãna vel ab altera factionum rursus accerseretur. Quam regis spem non modo aluerat Philippus:verum multa pollicitus: literis legationibusq; suaserat maturare aduentũ in Italiam:idq; nõ tam eo animo vt regias opes auctas cuperet:q̃ vt ab se euocati amicitia Venetis terrorẽ incuteret. At posteaq̃ arbitrorum iudicio leges pacis dictæ sunt:tum demum patuere animi:palamq; fuit dolis ac simulationibus plena omnia fuisse. Nam statim elanguescente priore amicitia:aliter vterq; aliterq; sentire:aliter loqui:cõtraria agitare cõsilia:in alternã spe pernicie multa moliri.

Ludouici Andegauiensis mors.

Anno Domini nostri Iesu Christi. MCCCCXXXIIII. Ludouicus Andegauiẽsis:quem supra memorauimus,moritur:pauciscq; mẽsibus interiectis,Ioanna quoq; vitæ finem fecit.Ita regnũ Apuliæ breui duobus orbatum principibus:velut præda validiori exposita:multorum animos solicitabat.Alfonsus non se modo cæteros omnes iure anteire:sed ad possessum regnũ vnde iniuria exturbat9 esset:debere reuocari crebro dictitare. Aduersa factio Renatum Lotaringiæ ac Barri Ducem Ludouici fratrem:qui tunc apud Philippum Burgundiæ ducem captus asseruabatur:in regnum vocabat.Philippus Mediolanensis Dux nõ tam certum aliquem fouebat:q̃ inualidiori fauturus videbatur:ob eãq; causam conatibus Alfonsi vt potentioris palam obstabat:nunciis ac legationibus Regũ dominorũq; animos procerũ sibi cõciliantiũ,Campania,Apulia,Calabria,omnis demum eius regni prouincia plenæ erant.Omniũ itaq; animis in rerũ expectatiõe suspensis: Caietanus populus ad Philippũ & Genuenses mittit qui præsidium orent:quo a vi & iniuria tuti:vrbem legitimo Regi seruẽt:ei qui cum præsidio accedat:liberam se ciuitatis custodiã permissuros pollicentur.Mouit Genuenses Caietanorum periculum:q; dissentientibus inter se ciuibus:inualuerat factio in Alfonsi studia prior.Nec erat Caieta vrbs maritima portu nobilis leue rerũ momentũ si Alfonsum acciperet.Igitur cum præsidio. CCC. militũ

eo missus est Franciscus Spinula:qui Venetiis post pacem exolutus redierat:data ei oneraria vna admodum magna cum triremi: quib9 ea maria tueret.Cũ eo quoq; vna ꝓfectus est Otho Sopus inter Aulicos Philippi haud postremus: ad id ab eo missus vt procerũ animos in partes Philippi trahens:omni arte ab Alfonso auerteret.Cũ trepidam ciuitatẽ Franciscí aduentus erexisset:nõ multo post rex quoq; magnas eo copias mari traiecit: expositoq; in terrã exercitu,vndiq; vrbẽ cinxit:dein tormentis muros quatiẽs,assiduis insup prœliis quietẽ obsessis negabat.Hęc vbi Genuę cognita sunt:placuit laborantibus subsidiũ mitti:quo obsidio solueretur.Delectis igit̃ onerariis quinq; ex oĩbus quæ maiores parationesq; contrahi potuere,ꝓficit Blasius Axeretus ex scribis curiæ vnus:quos vel secretarios,vel cãcellarios vulgo nominamus. Cõparauerat enĩ iam tunc sibi famã,& maritimarũ rerũ peritia quadã:& q; cum Petrucio Verro mari cõgressus,arte hostem ac virtute supẽrauerat.Armauerat Pisis triremẽ Petrucius:vt Castelliono Piscariæ,qd̃ haud procul Telamonis portu abest:opem ferret.Nec ignarus triremem vnam Genuensiũ mare illud peruagari:haud secus se suosq; instruxerat:ac si necessario cũ ea sibi cõcurrendum foret. Vbi igitur in cõspectũ mutuũ peruenere:tum Petrucius extensis a puppi vestibus:qbus ab ictu cõtegeret suos: sagittis eminus hostem petere,donec adempta fugiẽdi facultate proram obuertere:& gladiis rem gerere coactus est. Tum demũ paucis vulneratis deditio facta:nomenq; Blasio pẽperit res haud magna,nõ q; casu congressum:sed scientẽ & vltro decernere paratum superasset.Dum magno studio naues parantur,Alfonsus id quod erat:veritus ne a Genuensibus obuiam conatibus suis iret̃ priusq̃ Caietã petisset:triremes nauesq; onerarias nõ tota mõ Sicilia:sed a citerioris quoq; Hispaniæ regnis i Formianũ sinũ excluerat:pręterq; eam classem quam veniens aduexerat:magna iam nauium multitudo ad eum confluxerat:nec minor in dies ventura credebatur Quod vbi certi Genuam nuncii attulere:aut augeri classem necesse visum est:aut amicum populum prodi. Moue-

Blasi9 Axeretus dux classis Genuen̄.

bat Genuenſes pudor: ne ſine armis vllove certamine regi ceſſiſſe viderentur: & eos qui ad opem eorum confugiſſent: in ſupremũ diſcrimen adductos: cum nihil iam ſpei ſupereſſet: deſeruiſſe. Mouebat Franciſcus prefidiumq; pauloante miſſi: quibus niſi ocyus ſuccurriſſent: obieciſſe eos iratis hoſtibus videri poterant. Mouebant & magnæ Genuenſium opes: quas ex toto regno Caietam velut in portum ac perfugium mercatores contulerant. Contra difficultas rei ſumptuſq; & ingentia negociationis incommoda: haud paucos in contrariam ſententiam trahebant. Nam vacuæ naues bello aptæ: nullæ erant in portu. Exonerare eas quæ precioſis mercibus onuſtæ Hiſpaniam, Britanniã, Gallias petiturę erãt: & ad bellum diuertere: ſine graui vectigalium iactura maximoq; mercaturæ detrimento nequibant. Cum diuerſis aliquandiu ſtudiis certatum eſſet: vicit tandem ſententia melior: quæ dignitatẽ & famam vtilitati preferri ſuadebat. Ita naues quatuor prioribus adiectæ. Vixdum exoneratione cœpta: ſuperuenere qui nunciarent præter vndecim triremes contraxiſſe Regem duas & viginti onerarias: eſſe in illis pleraſq; ingentis magnitudinis. Regiam vero quam a Nauarchi nomine Magnanam appellent: inauditæ ac prodigioſę ſublimitatis: adeo reliquas omnes ſupereminere: vt prora dimidium mali etiam maiorum nauium exequet. Imprudẽtis eſſe, & rempublicam præcipitare cupientis: nouem tantũ onerarias maximæ ac præualidę claſſi obiicere. His nunciis anxii magiſtratus: quandoquidem pars rerum maior non decreta modo: ſed perfecta quoq; videbatur: tres inſuper haud contemnendę magnitudinis onerarias: quę ſumpto onere Sauonenſi in portu ventos opperiebantur: exonerari imperant, & bello parari. Reuocantur illæ ex incepto curſu: onus exponũt: inſtruuntur: eoq; maiore feſtinatione: ne nouẽ ppe paratis: tres cũctationẽ afferrẽt. Sed inii ciebãt haud leuẽ curã nõ tã iuuẽtutis inopia q̃ ira atq; indignatio. Nã q priorib9 claſſib9 ſub Petro Spinula & Carolo Lomellino pauloante meruerant: præter cladẽ in Taurica Cherſoneſo temeritate ducis acceptã: ſtipendiis ſuis defraudati: & ob id inutilem

militiã peroſi nullis a domo pollicitatiõibus reuelli poterãt. Delegatũ igitur Nauarchis negotiũ vt præter nauales turmas aliã quoq; manum cui arma cõmitterent: mercede cõducerẽt: ac deſcript9 cuiq; ꝓ magnitudine nauiũ, iuuẽtutis numer9: quã cõducí liceret. Ad prefides quoq; & magiſtratus vrbiũ ac populorum literę datę: vt habito delectu viros mari aſſuetos edicta die arma tos adeſſe iuberẽt. Poſtq̃ aduenientibus qui mittebant: arma viriq; recẽſeri potuere: facile iudiciũ fuit eos quos ab ſe conductos Nauarchi exhibuere: nõ tam pręſtantẽ ac lectã manum videri: q̃ ꝓmiſcuę ac medię ſortis: eos vero q ex delectu iuſſi fuerant, magna ex parte deſidẽ turbã armorũq; ac nauigationis inexpertam. Nam vt cuiq; ſors obuenerat: ſi laboris ac belli pigebat: vicarium dabat: nec eum quidem qui manu promptior: ſed qui potius leuiore mercede militiã nõ aſpernaret. ita plęriq; a falce & aratro, raptim ad arma trãſferebant. Quod vbi animaduerſum eſt, queſtus Blaſius decus & æſtimationẽ publicã negligi: & amiciſſimũ populũ cũ Frãciſco: qui tũ gratia & opibus plurimũ in ciuitate poterat, totq; fortibus viris q eũ ſecuti erãt: hoſtib9 ꝓdi: nobiliſſimarũ nauiũ gl'ia Genuẽſes orbari ac mãcos reddi: ĩpetrauit tãdẽ vt quadringẽti ex vrbe oĩq; agro Genuẽſi lectiſſimi viri noĩatim euocati: ad eã militiã cogerent. qd illi facilius ideo permiſſum ẽ: quoniã horũ pars maxima credebatur Philippi dominatũ odiſſe. Hæc iuuenũ fortiſſima manus vt poſtea exitus docuit: vires ac robur claſſis: & haud dubie victorię cã fuere. Hęc dũ a Genuẽſibus gerunt, Caietanos terra ac mari claſſos diurni nocturniq; labores tedio cõfecerãt. Accedebãt & famis mala: q̃ nõ minus futurorum metu: q̃ preſentibus incõmodis torquere hoſtem ſolent. Cõputãteſq; obſidionis tẽpora: iam ſeri auxilii ſpes deſtituebat. Nam quid Genuæ pararetur clauſi ac ppe circũuallati noſſe nõ poterãt. Primã illis auxilii propinquantis attulit ſpem: q; prẽter morẽ in portu tumultuari viderunt: dum nauium alię funes ancorarios legunt: aliæ ſaburra replentur: antennis aliæ vela cõnectunt. Alfonſo eñ dum quid molirentur Genuẽſes explorat: re-

nunciatum prídē fuerat quinq; tantū onerarias parari: qui pau-
citate contempta:níhil in caſtris:níhil in mari motus fecerat. At
poſteaq; triremes duę Igilium vſq; ſpeculatum miſſæ: auctā claſ-
ſem:& quin ſoluatur haud multum abeſſe retulerunt:Rex.xiiii.
onerarías ex duabus & vígintí delectas armatis complet. Erant ei
florentiſſimæ copię robora virorū, quos vel prǽmia vel ſpes aut
alíæ cauſæ:ex díuerſis regionibus ad eum traxerāt. Nāq; vlterio
rís Hiſpanię Prícipes: quos aduerſa factío domo expulerat:ad eū
omnes confugerant: ſperantes alíquando fore:vt ab eo in patriā
reſtituerētur. Ex citeriore vero exq; inſulis Balearibus:omnis no
bílitas,omnís prope iuuentus, iampridem claſſe Regem Sicíliā
petentem ſecuta erat. Regno autem Apuliæ inteſtinís diſcordíis
laborante non ií modo ad Regem confluebant:quos aduerſarío-
rum odia patría exegerant:ſed plurimi quoq;:qui eum ſibi Regē
ac Dominum prǽſagientes:gratiam eius emereri obſequío ſtu-
debant. Ipſe quoq; in continētem ex Sicília traiecturus:iuuentu-
tem eíus inſulæ ſe Caietam ſequi iuſſerat. Erant prǽter has quas
memorauímus gentes, etiam Regí generoſiſſimarū prouínciarū
robora plęreq; equítum turmæ mercede conductorum:terra ta-
men q̄ marí aptior manus. Ex hís ígitur tantís tamq; florētibus
copíís:Rex fortíſſimum quēq; ad eum numerum legit vt adiun-
cti naualíbus ſocíís ſex mília virorum efficerent. Neue quēq; eiꝰ
profectionís pígeret:edicit palam,ſe omnium primū & nauigatio
nís & pugnę Ducem futurum. Fit ſtatím ad naues omniū cōcur
ſus:certantq; inter primos conſpící:defidem & male de Rege me
ritū arbitrati quiſquis inter poſtremos inueniatur. Aurum argē
tum veſtem precioſamq; ſupellectílem in naues cōgerunt: tanq̄
non ad prǽlium ſed ad certam potius victoriam ꝓperetur. Hæc
dū ita ab Rege geruntur,omnibus quæ agenda ſuperant,Genuę
paratís edicta dies fuerat qua a magiſtratibus & primoribus ci-
uitatís prǽfectus ad naues officíi gratia deduceretur. Ea cum il
luxiſſet, atrox repente coorta tēpeſtas omnia miſcere ac turba-
re viſa,crebro fulgure & coruſcatiónibus cœlū ardere:tū deinde

vehemēs imber ingentiaq; tonitrua:& oīa ſupra modum fœdío
ra. Inter quę faſtígiū tēplí qđ díuo Ambroſio ſacratū a palatío pu Prodígia
blíco haud ꝓcul abeſt:ita fulmine ictū eſt:vt ſupremū marmor ín horrenda.
ſummitate locatū:índe abraſerit:ꝓculq; ſine vllíus leſione trāſtu-
lerit. Qua deformitate moti magiſtratus:miſerūt q Blaſiū mone
ret ne tā fœda díe nauē cōſcēderet:expectādū tēpus quo ꝓficiſcē
tí honores a ciuitate haberi poſſint. Cui prǽfectus. I renuncia inqt
prǽſidí ac magiſtratíbus:cū díuí Ambroſii tēplū fulmíne ictū eſt:
tū me primū in nauí pedē poſuiſſe:honores a me intēpeſtíuos cō
tēní:eos reduci ac victorí mihí reſeruēt. Multā per eos díes ſermo
num materiā vulgo prǽbuit nō tā q; eíus tēplí ſummitas fulmí
ne vexata eſſet(íd enī ꝓpe quotídianū eſt)q̄ q; neq; relíquo tēplo
neq; hoíe,neq; re vlla violata:ita trāſlatus lapís erat vt nō huma
na arte ſuo loco dimoueri,& alía ſede reponi apti⁹ potuerit. Erāt
quí íd nō caſu accidíſſe putarēt:multoq; mínus q; nauē ſcandēte
prǽfecto velutí profectionís ínitio íd eueníſſet. Erāt quí mortē ei⁹
eo portendí interpretarētur : q; ín ea regione habitare ſolítus:vt
marmor íllud ín tēplo:ita ípe in ea expeditione ſummū locū tene
ret. Erant ítēq; nō vanū íd prodigiū faterenť:verū eiuſmodí por-
tentorū adeo obtruſam ac recōditā eſſe interpretationē:vt ad ve
rā eorū ſignificationē vix vnq̄ niſi peractís rebus humanum inge
nium attingat. Paucorū ígitur díerū interuallo:exacta iam maio
re Iulíi parte:ſoluta claſſis eſt. XII. vt díximus onerariæ:& nauí-
cula inſup admodū paruula:nullíus in bello vſus. Verū ſeu ratío
vlla ſuaſiſſet aut flumina intrare:aut prǽmittere marí nuncios:
ſeu neceſſitas imperaſſet e nauí in littus deſilíri:hæc illa erat quę
plenís velís terrā contingere potuerit:adeo nulla non aquæ pau-
citas tā paruo alueo nímia fuit. Tres prǽterea triremes claſſí ad
ditæ:quas alíos ín vſus paratas fors obtulerat. Anxiam ciuitatē
relíquaſq; oēs aſpernantē curas:magnitudo periculí fecerat. Nam
quibus numerare pecunias & ſingulorum nomina annotare mā-
datū erat:vix duo mília & quadringentos ex omni ordine viros
onerarias conſcendiſſe prodiderant:apparebatq; in ſummí diſcrí

minis dimicationē cū potētiſſimo Rege pugnādū eſſe. Nec defue
runt q Mathematicos alioſq; qbus vlla p̄dicēdi futura ars ineſſe
crederetur: pauidi cōſulerent: e qbus Quilicus Saccus e Frācorū
familia medicus ſimul ac Matheſis peritus clarā ex hoſte victoriā
prędixit: vinctūq; adducendū fore q hoſtili claſſi imperaret. Idq;
nō verbo tantū: ſed p̄ſcriptis inſup rationib⁹: quales ars illa a fide
rū motu colligere ſolet: cōſtanter aſſeuerauit. Videri p̄fecto poſ-
ſem nō tā negligentię q̄ malignitatis obiurgādus: ſi fortiſſimorū
virorū p quos ampliſſima victoria parta eſt: nomina reticerē: fierē
nō ī eos modo: ſed ī poſteros quoq; piniquus: quos habere æquū
eſt vnde & maiores ſuos laudēt: & ſe q ex eis geniti ſint: mō me-
minerint, eorū quoq; virtutes imitari. Additi fuere Blaſio cōſilia
rii quatuor, Leonardus Sauinionus, Antonius Syluestris, Lucin⁹
Facius, & Tadeus Zoalius. Nauarchos ea claſſis habuit Eliā Spi-
nulā Nicolai filiū, Iacobū Iuſtinianū, Cypriānū de mari, Galeotū
Lomellinū, Iacobū caluū, Carolū Italicū, Lucā Italicū, Ioannē Tho
mā Nigrū, Andreolū Auriū, Hieronymū Fallemonicā, Iacobum
Raibaldū, Ioannē Perdicē, & in parua nauicula Ioānē Federicorū.
Trierarchos vero Otonēbonū Imperialē, Ludouicū Camulianū,
& Stephanellū patria Caietanū. Vbi primū ex oculis ciuitat⁹ abla
ta claſſis eſt: ſingulas naues adiēs Blaſius, nauē, viros, arma, collu
ſtrauit: proræ, puppi, medio nauis, propugnaculo mali præfectos
cōſtituit. Sicui lorica, caſſis, aliave arma nō ſatis apte ſedebāt: ea
ſtatim p fabros coaptabant. Cohortatus poſt hęc ſuos breui ac mi
litari oratione oſtēdit q̄ facilis eſſet viris in mari propę natis atq;
educatis: aduerſus inſuetos ac nauſeātes victoria. Regē ſui cōfidē
tiſſimū grauiter falli ſi arbitretur fortes viros ac vincere ſolitos
vultu & ſuperciliis & ineptæ multitudinis oſtentatione poſſe ter
reri: præſtare eos magnitudine nauium: præſtare celeritate, naua
lium rerum peritia nullis populis cedere. Scorpionem & ſagit-
tam quę mari dominentur: eſſe pęculiare Genuēſium telum. Ful
gorem vero regii nominis ita exiſtiment: vt ſciant nō leonis neq;
elephanti vires ex eo nomine acquiri: nec Regem quicq̄ eſſe

Viri nobi-
les in claſſe
Genuenſiū

aliud q̄ hoiem in delitiis enutritū: multorū miniſteriis egentem:
cui ſi ſeruos & obſequia demas: eo infirmior cæteris appareat: q;
non pędes non manus non reliquū corpus exercere ſolitus: inq;
molli otio torpens: imperare non facere didicerit. Illud potius
cogitēt: hoſtilē claſſem multos Reges aut Regibus ſimiles habi-
turā: quos aurū, gēmæ, argentea vaſa, precioſa ſupellex victorū
p̄mia comitent. Ita dimiſſos fortē quēq; animū habere iuſſit. At
Rex certior factus aduētare Genuēſes, ſolutis extēplo, xiiii. onera
riis vndecimq; triremibus: additis aliquot etiā minorib⁹ actua-
riis: obuius hoſti p̄cedit: elato quidē animo & fiducię plenus. Au
gebāt illi ſpes non ingens mō p̄cerū turba ac lectiſſimorū militū
aſpect⁹ armaq; fulgētia: qualia equitū videm⁹: ſed q etiā renūcia-
tū ei fuerat: Genuēſes inopia naualium ſocioq; mercenarios terre
ſtris militiæ quos in vrbis præſidio habere ſoleant: raptim na-
uib⁹ impoſuiſſe: eaq; manu quę vix vnq̄ viderit mare: naues cō-
pleſſe. Pridie nonas Auguſti: cū ſeſe procul claſſes mutuo conſpe-
xiſſent: Rex prior legatū ad hoſtē mittit Franciſcū Pādonē Cam
panū, hominē multa expertū, multa callentē: monitū vt inter ſer
mones oīa oculis colluſtrās exploret quæ nauiū magnitudo: quā
tæ copię: quę poſtremo animorū fiducia. Deduct⁹ ad p̄fectum:
mirari Regē ait: quid ſibi velit hic tantus apparatus: reſpōſum
legato eſt, naues Caietā petere: vt amicū populū īdigne oppugna
tum obſidione liberēt: non eſſe cur ſe Rex profectioni ſuæ oppo-
nat. Tū legatus: Caietam ergo quā Rex fame perdomitam prope
iam habet in poteſtate: e manibus eius erepturi eſtis: & hanc il-
lum iniuriā & æternā gloriæ ſuæ notā laturū putatis? Cui p̄ſe
ctus: certum ſibi cōſiliū eſſe: inceptum curſum nequaq̄ interrūpe
re: cui ſi Rex non obſiſtat: vim omnem atq; arma procul abeſſe.
quin potius Regi p vna duas eſſe claſſes: quibus in rē ſuā ſi velit
vtatur. Ad ea non ſine ſtomacho legatus: eſſe regi vires quib⁹ ho
ſtium minas cōtemnat: velle ac poſſe iter eorum retro vertere: &
niſi ſaniore conſilio vſus vltro curſum deflectat: ſenſurum mox
non ſine clade: cuius dementiæ fuerit Regē oīm inuictiſſimū irri

taſſe. Tum Blaſius. I renuncia Regi has quotcũq; vides onerarias auro ac preciosis mercibus refertas esse. Si vincat, se suosq; oẽs ingenti prẽda ditatũ iri. Hoc cũ reſponſo dimiſſus legatus q̃ vidit queq; audiuit Regi omnia refert. Rex arma expediri: & ĩ posterũ diẽ accingi omnes ad pliũ imperat: eo quidẽ animo ac vultu vt iam vicisse putares. Par erat procerũ ac terrestrium militũ fiducia: qui regis alacritatẽ intuentes: omnẽ ex ea cõiecturã facie bant: neq; credibile putabant Regẽ terrestribus naualibusq; pugnis iuxta assuetũ: in vllius discriminis certamẽ adduci potuisse At qui maritimas artes callebãt: & Bonifacianę dimicationis meminerant: ratione magis q̃ vana Regis elatione mouebant. Apud Genuẽses oĩa cautius q̃ confidentius gerebantur. Nã dũ multitudinem hostium, paucitatem suorum, triremes, xi. onerariis intermixtas, Regem bellatorem ante cuius oculos pugnãdũ esset, cuiusq; suorum adhortatorẽ ac testem futurum: multaq; eiusmodi reputabant animo: nec ignorabant q̃ imparis prælii fortunam subire cogerentur: nec vel minima negligebant quibus rerũ suarum cõditionẽ quãtulũcũq; meliorem facerent. Cũ postridie classes ꝓpius accessissent: & iam aliquod erat oculorũ iudicium Nicolaus Specialis q tunc Regis vice prẽerat Sicilię: mentiuntur inquit o Rex q dicũt has naues milite terrestri e præsidio vrbis trãslato refertas esse. Genuenses ego loricas probe noui: & quos vides armatos tãta scãdere ac discurrere agilitate: nauales socii: nõ e ꝓtoriis cohortib9 milites sunt. Inter hęc cũ classes leui vẽto actę coissent, atrox pugna coorta, tormentis primũ, dein missilibus ac sagittis cœpta: multiq; trãsfixis armis vtrinq; vulnerati. Certabãt vbiq; vt sũma vi: ita varia fortuna. Nã q̃ singulis singulæ hostiũ naub9 cõgressę erãt: haud difficulter in ipso initio impetũ sustinebant. At q̃ a duabus (nã Rex numero superior erat) oppugnabant: quippe si terror quoq; triremiũ accessisset: nimiæ molis magnitudine sępe laborabãt. Occurrerat ꝓtoriæ Genuẽsiũ Regia nauis insolitæ quidẽ altitudinis: lectissimorum virorũ robora ferens, magnoq; terrore hostes perculerat: cum ecce alia sinistro lateri inuecta: saxis ac missilibus laborantes adoritur: & ancipiti malo trepidantes: nouo periculo cogit occurrere. Forte euenerat: vt onerariæ tres e classe Genuẽsi infra relíquas delapsę: velut pugna subtractę: nulli iam auxilio suis essent. Hæ dum transuerso cursu ventos captare, & suis cõiungi nituntur: in altum euectæ, vulgo creditę sunt fugere. Tum Rex vicimus inquit o socii: iam quarta pars hostium fuga salutem petit. Cui nauis magister, cito videbis o Rex nõ hos vt imperiti iactant fugere: sed pleno in nos velo statim ferri. Quẽadmodũ prætoria nauis: & quæ aliæ a pluribus singulæ premebantur: ancipiti loco positæ erant ita Regiarum quędã velut singulari certamine cõgressæ: multis iam cæsis ac vulneratis: vix instãtẽ hostium vim tolerabant: in quibus erat secũdę magnitudinis nauis: Ioanni Nauarrę Regi attributa. Igitur quod in eo discrimine præsentissimũ auxiliũ fuit: iubẽtur Genuenses extẽplo triremes deserere: & in onerarias armati trãsilire. Sensit statim tota classis nouum subsidium: nõ numero tantũ aucta: sed ꝙ etiã sauciis ac fessis: integri ac recẽtes in pugna succedebant. Vbi vero tres illæ satis progressę: cursum obus velis in hostes reflexerunt: tum demum trepidatio & metus & quæcunq; victis accidere solent: ante oculos regiis obuersabãtur. Earum vna cui Iustinianus prẽerat, medio Regiæ nauis inuecta: qua parte labrum demissius esse solet: sagittis ac saxis latus nudauerat: multisq; vulneratis eum terrorem incusserat: vt Alfonsus qui summa in puppi semper immotus steterat, monitu suorum descẽdere adactus sub primum tabulatum velut sub tectum haud procul a clauo secesserit. Iam iclinata victoria: pars magna Hispaniensium nauium aut expugnatæ hosti cesserant: aut deditione pacisceabantur: Regia sola vinci nescia adhuc hostes fatigabat. Supereminens illa sublimitas, lectissimorum virorũ inuicta manus, ingentis & impauidi Rex animi, nullis terrorib9 frangebãtur, nullis †armis subigi poterant. Inter hęc Ioannes Al †artibus sonsi frater se suosq; Lomellino dedidit: cuius exemplũ secuti quieatenus restiterãt, in potestatem victoris omnes venere. Cũ Rex

Pugna naualis memorabilis.

Memorabilis victoria Genuen.

neq; deditionẽ faceret:neq; nolle dicere auderet:ac plęriq; Genuenſiũ tãq; re iã pacta in nauẽ ei⁹ trãſiliſſent,repẽte ab armatis ad hoc ipm clã locatis:in vincula cõiiciebantur.Id cũ poſt primos ſe cũdis quoq; & itẽ aliis accidiſſet:nemine ex oĩbus redeunte,dep̃hẽſũ eſt fraudẽ haud abeſſe.ita metu & cõminatiõib⁹ adacti ſunt q ꝑpugnaculũ mali in Regia naui tuebanť:pciſis rudẽtib⁹ antenas cũ ipſis velis deorſũ pcipitare:qb⁹ vaſto cũ fragore ruentib⁹: ſagitta quoq; inſolitę craſſitudinis maiore ſcorpione excuſſa cũ ante regis pedes delata,obſtãtia queq; penetraſſet: affuſi genibus ei⁹ ꝑceres,orare ne ſe caputq; ſuũ vltra periculis obiiciat,cedẽdũ fortunę:vita ſoſpite oĩa ſapiẽti reparabilia fore: ſatis multa eũ & fortitudinis & iuicti animi documẽta dediſſe.Nũq; diu ſęuire fortunã:& quos extulerit,deprimere:& depſſos rurſ⁹ extollere: mores illi ac ludũ eſſe.Mõ ſaluti cõſulat:nihil accidiſſe qđ nõ maximus ac ſapiẽtiſſim⁹ rex ĩ meli⁹ breui cõmutet. His tãdẽ monitis ceſſit Alfonſus.Nec paucis hui⁹ deditiõis gloriã ſibi depoſcẽtib⁹ preq; oĩb⁹ Blaſio:rex ſingulorũ noĩa ac fortunas pcõtat⁹ : vbi dicit ex iis Iuſtinianũ eſſe q Chio preſiderẽt: hũc cæteris ptulit.

Alfonſus Rex Iuſtiniano ſe dedit.

Deditiõe facta cũ ambæ naues coiſſent:iũcto põte (nãq; id maris quies patiebať) Rex ad victores cõceſſit.Vna ex oĩbus onerariis vento ablata eſt,reliquę omnes captæ.Triremes cũ hoſti victoriã conceſſam cernerent:naui quę Petrũ Iuniorẽ Alfonſi fratrẽ vehebat,latus applicantes,deſilire monitũ excepere:ac mox Siciliã deportauere.Hoc maxime modo pugnatũ eſt:& quidẽ acerrime,nonis Auguſti,haud pcul a Põtia inſula,horas propę decem. Nam cum tertia diei hora claſſes concurriſſent:paulo ante veſperã Regis deditio facta eſt.Multi eo prælio vulnerati:ſagittis præcipue quas maioribus ſcorpionibus contortas vix vllum armorum genus repellebat:pauciores pro numero cæſi, ex victrici claſſe nonaginta haud amplius deſideratis.Capti ſunt præter duos Reges: Henricus Regum frater,Princeps militiæ quæ diuo Iacobo dicata eſt. Ioannes Antonius Dux Sueſſæ. Ioannes item Antonius Princeps Tarẽtinus, Ioſias Ducis Adriæ patruus.Antonius Rogerii comitis Fundorũ filius.Nicolaus Specialis Siciliæ procurator.Didacus in vlteriore Hiſpania Comes Caſtri.Ioannes quẽ in hac eadẽ Hiſpania magiſtrum Cantherę vocabant.Et ne ſingulorum nomina referam,capti ſunt ſupra centũ principes viri:quos nobilibus populis dominantes fama celebrabat:capti ſupra ducẽtos auratæ militię eqtes, quorũ pars maxima ex vtraq; Hiſpania plerisq; Siculi:reliqui Campani fuere.Capti & alii plurimi ĩſignes nobilitate atq; opibus viri:quos excellentiorũ amplitudo effecit vt in vulgus reiicerenť:qbuſq; nõ tam vlla ignobilitas profuit:q̃ q̃ clariſſimis viris immixti:illorũ fulgore obſcurabanť.Prædę vero tantũ partũ eſt quantũ nullos vnq̃ victores vna nauali pugna adeptos eſſe vel legamus vel audiam⁹.Victo Auguſtus Antonio ſumma rerum potitus eſt.Si victoriæ fructũ cogites:quid erit qđ imperio orbis terrarum comparemus?At ſi ſolam prædæ prędam conferas:ſordeſcet illa profecto velut paupertas Antonii:ſi duorum opulentiſſimorum Regum totq; ducum reges æquantium diuitiis committatur.Superata Carthaginẽſium claſſe Luctatius Sicilia & Sardinia cedere:ac Romano populo tributa pendere hoſtes adegit.Sunt hæc ampliſſima,quis neget?victoriæ præmia,verum ſi victarum ſola claſſium ſpolia compares,hic aurum,argentum,gemmas,veſtes,& quicquid ad oſtentationem potẽtum ambitio parare ſolet,congeſta inuenias:illic tantum ferrum & arma. q̃q̃ & hic quoq; tanta armorum vis inuenta eſt,vt nõ vni modo claſſi:ſed pluribus quoq; & claſſibus & exercitibus affatim ſuffecturа crederentur.Adde precia ingẽtium nauium,adde aurum, quo poſtea libertas captiuorum redempta eſt,Fateamur neceſſe erit vix vllam naualem victoriam : aut claritate & gloria, aut magnitudine prædæ : huic digne æquandam eſſe. Illud quoq; notiſſimum eſt, multos in ſumma antẽ id tempus egeſtate vixiſſe : qui ſpoliis hoſtium clam locupletati : ingentia ſuis patrimonia morientes reliquere. Blaſius captiuorum multitudinem contemplatus : veritus ne ſiquid nocte auderent: paucitas inter plures ſatis tuta non eſſet, mitiore conſilio vſus

Nobiles capti.

ad quinq; prope milia captiuorum obscurioris fortunæ in terrã exposuit: in quorũ vt postea compertum est: turba multi celebres viri: cũ nullo cultu differrẽt: facile delituerũt. Rebus deinde pro temporis breuitate compositis: vtraq; classe Caietam petente: ob latum oculis est ingens insolitumq; spectaculum: cum quinq; & viginti raræ magnitudinis naues: quantas reliquus orbis noster in vnum contrahere vix potuisset, angusto loco confertę littus te nuere: patuitq; etiam oculorũ iudicio quanti vna vrbs a victis si mul atq; victoribus haberetur. Iam nuncii aduersæ pugnæ regia castra compleuerant: neq; obsessos quoq; tanta res latuit. Itaq; pa tefactis repente portis: omne pręsidiũ simulq; & Caietanus popu lus erumpentes: castra adoriuntur: nec vllo quidẽ resistẽte omnia diripiũt. Inuentus est in eis Barchinonẽsis legatus: qui cum pau cis ante diebus in leues febriculas incidisset: cognita tunc suorũ clade: immoderato dolore perstrictus: intra paucas horas expira uit. Ferunt cũ in familiari sermone quidam Regis consiliũ, vt fit cum exitus rerũ infelix est, damnarẽt: q; se fratresq; omnes totq; Regibus prope pares principes velut aleæ obiecerit: respondisse Regem: rationem se non impetum secutum esse: & quisquis opu lentissimum regnum victoriæ præmium recte expendat: haud p fecto negaturũ eum magnitudinem periculi a præmii magnitu dine longe superari. Quippe expugnata Genuẽsi classe: extemplo Caietam velut spe sublata deditionem facturam fuisse: nec vllos post eam maritimos populos inuentum iri qui victori Regi por tas obstruere ausuri fuerint. Peritiores tamẽ sentẽtiã eius impro basse crediti sunt: idq; non tam q; infausto euentu pugnatum est q̃ q; affirmabant si paulo concitatius mare fuisset, maximã regia rum copiarũ partẽ iacentes ac nauseantes sine vllis armis capi po tuisse: nec quicq̃ rebus eius magis fauisse: q̃ immotam illam ac ve re æstiuam pelagi Malaciam. Nondum tantæ victoriæ nuncius Genuam venerat: quędam tamen Plombino Pisisq; magnam quã dam felicitatem arguẽtia: incertis adhuc auctoribus afferebant: quę adeo suspensam tenebãt ciuitatẽ: vt nõ gerendis rebus curia:

non iuri dicendo fora: nõ operibus officinæ vacarent: omnis oẽs ordinis ac fortunæ arrectis auribus starent: aucupandis rumori bus intenti. Vbi vero cũ vniuersa classe Regẽ quoq; vinctum ad duci allatũ est: tum demũ oẽs promiscue domibus effusi senes, iu uenes, matronę, pueri, liberi, serui, strepitu & clamoribus cũcta cõ plere: tanta quidẽ licẽtia: vt in penetralia quoq; curiæ vulgus ir rũperet: vt quæ prędses ac magistratus cõperta haberent ea popu lo impartirent. Cũq; postea in palatina turri pergq; omnia templa in argumentũ publicæ lętitiæ: æra personassent: tanta fuit exultã tis multitudinis vociferatio ac tumultus: vt vix plerũq; ingens ille sonitus exaudiretur. Fuerunt & qui conuenerint Quilicum medicum summis eum laudibus attollentes, q; & victoriã polli ceri astra prędixisset: & Ducẽ hostiũ capiendũ. Exactata post hæc populi lętitia, more a maioribus accepto: decreta est triduana per vrbẽ supplicatio: vt secundarũ rerũ auctori in primis Deo hono res ac laudes haberent. Inter quę sancitum quoq; est: vt quando quidem die quæ diuo Dominico sacrata est: parta ingens victo ria sit, supremus quotannis magistratus dona ferens: nouis Au gusti templum eius veneretur.

LIBER QVARTVS.

IAm nuncius victoriæ ad Philippũ peruenerat. Ille maxima re peracta: omnia iam sibi prona ac facilia ratus varias agitare animo cogitationes cœpit: ac mox suorũ duos propere Genuã pete re imperat: Ludouicũ Crotũ: q moneat classem Siciliam diuerti: trepidamq; & inermẽ insulam metu ad deditionẽ cogi. Marcum Barbãuariã: qui prefectũ protinus conueniat: & clam iubeat Sauonã cursum deflectere: vt Rex inde Mediolanũ q̃ tutissima via deducatur. Lu douico respõsum est classem ad nouũ bellum sine nouo stipendio mitti non posse. Si occupari Siciliam Philippus velit, opus esse nõ tam classe nauali busq; sociis: quandoquidem nullus iam mari hostis occursurus est: q̃ equitatu peditatuq; & terrestris militiæ

machinis ac tormentis:quæ expugnandarũ vrbium vſus exigit. Paucis deinde interiectis diebus:vbi ciuitas quæ captiuorũ Regum pompã & pulcherrimi triũphi diẽ ſibi ſpectandũ perſuaſerat:tres vidit onerarias Sauonã petentes:vt quid de rege ſtatuẽ dũ foret, omne Genuẽſib⁹ arbitriũ eriperetur:tũ demũ Philippi oẽs odio exardeſcere.Illum gloriæ Genuẽſiũ inuidere:illũ maluiſſe Genuenſes vinci:vt videlicet fracti animis,fracti viribus,abiecti ac ſupplices viliũ mancipiorũ more nullũ ſeruitiũ recuſarẽt. Accedebat his,q̃ cũ magiſtratus ciuitatis decreuiſſent lr̃as victorię nũcias ad amicos Reges dare:a p̃ſide vetiti ſunt: aſſeuerante hęc ipſa iampridem a Philippo Regibus ſignificata: & poſſe animũ eius offendi:ſi quæ gloria ſua ſit:eam alii ſibi vendicare velle viderentur.Cum præterea Ioannes Rex Genuam adductus fuiſſet:iuſſu ſtatim Philippi Mediolanum translatus eſt. Cunctis igitur fremẽtibus inita iam tũc inter pleroſq̃ fuere liberandæ ciuitatis conſilia.Verum cũ principum ciuitatis quidam Philippo quondã affecti:nondũ mutaſſe animos putarentur:horũ metus reliquos cohibuit:magiſq̃ optabãt homies iugũ excutere q̃ audebant.Neq̃ tanta Philippum res latebat:quippe qui⁹a ſuis.q Genuæ præerant:crebris epiſtolis certior in dies fieret:quanta in eũ odia concitaſſet: q̃ accerſitis ad ſe regibus cũ potiore captiuorum parte,contẽptis nõ ſine manifeſta ignominia Genuenſibus velle videbatur & de iis quoq̃ velut triumphare.His motus Philippus legationem cum arbitrio ad ſe mitti iubet: velut apud ſe de captiuorum redemptione paciſcendum foret. Vixq̃ legatis Mediolanũ ingreſſis:nunciat nõ recuſare Alfonſum Sardinia cedere:& tanq̃ præſidium ad eam inſulam deportandum eſſet: magnæ paulatim copiæ Genuam veniebãt:nemo tamẽ omniũ erat adeo ſimplex & rerum ignarus:quem tam puerilis ſimulatio falleret: & apparebat Philippum q̃q̃ ſuis reb⁹ metuẽtem:obſtinato tamẽ animo ſtatuiſſe Genuenſes:ad quæq̃ digna indignaq̃ inuitos ac reluctantes cogere.Alfonſus Mediolanum deductus:cum perhumane acceptus habituſq̃ fuiſſet:poſt paucos tandem dies

Genuenſiũ odia in Philippum.

impetrauit vt ſibi alloquendi Philippi copia fieret.Cumq̃ in arce portæ Iouis ambo q̃uis diuiſi locis habitarent:Dux prior obuiam Regi profectus:nudatus caput,& genu curuatus Alfonſum ſalutauit.Ille orationem habuiſſe dicitur:qua virtutes primum Philippi:interq̃ eas pręcipue magnitudinem animi eius:ſummis laudibus extulit.Poſtremo ſe ſuorumq̃ fortunas mãſuetudini illius commendauit:adeoq̃ molliſſe animum eius:vt ſi quid vel odiorũ vel æmulationis gloriæ hæſerat: vna oratiuncula deterſum ſit. Nãq̃ poſtea & faciles adit⁹ ad eũ Regi patuere:& Philippus ſæpe viſus ẽ nõ mõ nõ grauari Regis cõgreſſu:ſed eo poti⁹ oblectari. Fama eſt Alfonſum iam familiarẽ Duci factum:vnica iniectæ formidinis ratione animum illius in ſua vota traduxiſſe:cum ſe de communi vtriuſq̃ fortuna cogitantem dixiſſe ferunt:præuidere Ludouici quõdam fratrem Renatum:regno Apulię nullo ſtatim labore potiturum,nec poſtea tamen quieturum:donec Mediolanum inq̃ reliquas Ciſalpinæ Galliæ ciuitates:aut Carolum Regem,aut alios Galliarũ duces ſolicitatos euocauerit.Atq̃ ita non ſibi Philippum viciſſe:ſed Gallis:vel quod verius fuerit: Genuenſium victoriam quæ ſe obruerit:eandem Philippo quoq̃ exitium parituram.Id ne eueniat in manu eius ſitum eſſe:poſſe eum ſi velit regnum ipſi eripere:poſſe rurſum pro arbitrio ſuo id ipſum reddere.His colloquiis Ducem ferunt magnopere conterritum, iam tum animum induxiſſe vt in regnũ Alfonſus reportaretur: quippe qui non ignorabat Ioannem Galeatium parentem ſuum reliquorum regnorum vires non multi facientem, nomen opeſq̃ Gallorum ſemper exhorruiſſe. Qui igitur in Alfonſum maxima comitate vſus erat,non minore in eum munificentia vſus eſt. Miſſa ſunt ampliſſima Regi dona. Inita regibus digna conuiuia: magnifici ludi ſpectantibus Regibus editi: ſiquis captiuorum Regi acceptior erat: confectis hic ſtatim cauſis Genua Mediolanum accerſebatur.Deniq̃ id vnum Philippus conari credebatur:vt omnem iniuriarum memoriam recentium beneficiorum magnitudo aboleret. Adeoq̃ Alfonſi gratia valuit:

Alfonſi & Philippi cõgreſſus.

Philippi benignitas in Alfonſum.

vt ſuadente eo ſex prægrandes onerarias parari:quæ ſe cum exercitu in Cãpaniã reportarent:miſſi Genuam ſint:qui naues cõducerent:& Nauarchis ſtipendia numerarent.Hæc dum Medio lani Genuęq; geruntur:legati Caietani aduenere quatuor numero:qui cum ad præſidem ſenatũq; introducti fuiſſent:princeps legationis Ioannes Manganella in hæc ferme verba locutus eſt. Si quot ſingulis noſtrum articulos natura dedit:tot ipſa eadem lin guas præbuiſſet:nec eæ Demoſthenis aut Ciceronis eloquẽtiæ ce derent:nõ poſſemus tamẽ illuſtris preſes,voſq; magnifici patres: eximiam ac ſingularem in nos charitatem veſtram,ingentiumq; beneficiorum cumulũ verbis ęquare.Nam quid eſt quod homini hominem debere fas ſit:quod nõ vobis oẽs debeamus?Percurram non tam ſingula q̃ ſummatim omnia:vt qui propter numerum magnitudinemq; meritorũ in nos veſtrorũ:his digne enumerandis pares non ſumus:ſi ſumam ſaltem pro ingenioli noſtri mediocritate attigerimus:nõ ingrati neq; imemores videamur. Primum omnium ampliſſime præſes ac patres clariſſimi:priuſq̃ Caietani populi diſcrimen certum eſſet:inter ipſas procul abſentis Regis minas:literis noſtris cõmoti:tanta rebus noſtris feſtinatione ſuccurriſtis:vt veſtrum ante ſubire portus noſtros præſidiũ cerneremus:q̃ literas ad vos noſtras peruenisſe didicerimus. Quale deinde preſidiũ ! lectiſſimos ante omnia iuuenes:quos nõ ſtationes in mœnibus aſſiduę,non dies noctesq; continuatæ vigiliæ,nõ diſcurſus,non labores,nulla demũ pericula,non poſtremo fames ipſa ſubigere potuerit:cum fide quoq; & conſtantia nõ pro aliena ſalute:ſed pro patria potius pugnare viderentur. Præſidii vero præfectum eum ad nos miſſum vidimus:quo vir nemo fuit tota ciuitate præſtantior:Frãciſcum Spinulam lumen quoddam nominis Genuenſis:cuius ea fuit apud nos cum innocentia:tum in tuenda vrbe diligentia:vt ne ipſi quidem maiorem optare potuerimus:qui delitiarum in quibus ab infantia enutritus fuerat, oblitus,parco & vili cibo,vt res nobis anguſtas obſidio fecerat:cõtentus:ſæpe etiam menſa abſtinuit:vt aliorum famẽ exemplo ſo-

Legati Caietani ad Genuẽſ. oratio.

laretur.In laboribus vero & omni militiæ munere adeo impiger & vitæ contemptor:vt a gregario milite præiri prope indignaretur.At vbi ſuperueniſſe regẽ:noſq; terra ac mari circũſeptos in diſcrimine verſari accepiſtis:nõ ſecus periculo noſtro anxii:ac ſi hoſtis mœnibus veſtris imineret:pulcherrima claſſe:grauiſumptu nec minore difficultate cõparata:defeſſos iã & extrema malorũ cogitantes:tanta velocitate ex hoſtium faucibus eripuiſtis: vt inſtructam,ſolutam,aduentantem,procul conſpectam claſſem eſſe:ac mox deuicto captoq; rege:ſecũdo prælio cõflixiſſe:vno fere tẽpore acceperimus.Opes igitur:cõiuges:liberi:tẽpla:patria: nos denicq; nobis cũ beneficio veſtro reſtituti ſimus:p his quibus certe maiora nullus vnq̃ populus pſtitit:nullus vnq̃ accepit:gratias actum ad vos miſſi ſumus:ſimulq; gratulatũ q̃ ea vobis victoria cõtigit:q̃ vt immortalẽ Genuẽſi nomini gloriã attulit:ita qua fide amicos populos tueri ſoleatis:æterno documẽto erit. Reliquũ ẽ orare:vt quãdoqdẽ p vos cõſeruati ſum9:annuos poſthac preſides ex vobis habeamus q Caietano ppło ius dicãt:inq; ſecũdis & aduerſis reb9 ſaluti noſtrę cõſulãt.Nulli nobis vtilius preſuturi ſunt:nulli nos ad parẽdũ prõptiores habituri:q̃ q incolumitatẽ ac libertatẽ noſtrã ſuis piculis redemerũt.Neq; indecorũ Genuẽſibus fuerit:legitimũ cum e Galliis aduenerit regẽ:ciuitatẽ ope veſtra ſeruatam auctãq;:nõ ab alio q̃ vobis tradẽtibus recepiſſe.Legatis reſponſum ẽ:magnum Caietanos fidei & conſtantiæ in regem ſuũ edidiſſe documẽtũ:qppe q extrema obſidionis mala ppeſſi:nũq̃ animis ſuccubuerint,Genuenſes eo minus ſuſcepti aduerſus Alfonſum belli pœnitere:quo verius ſciunt amiciſſimam ciuitatem non facile immemorem fore, ſe propter arma Genuenſes induiſſe.Mittendi Caietam præſidis conſultatio dilata:vt interim Philippi animus exploraretur.At Philippus cognita Caietanorũ petitione:haud ſecus infenſus q̃ ſi plurimũ dignitati ſuę detractũ fuiſſet:corripi ſtatim legatos iuſſit:& Medio lanũ accerſitos ita habuit:vt vix quiẽq̃ a captiuis differrẽt:donec a Genua miſſi ſunt:qui ius gẽtium & ſanctam legatorum aucto-

ritatē Philippo memorarēt. Et ꝓdicabāt illi qdē Caietanū populū mercaturę deditū: togatos nō militares ꝓfides optare. Q̄z si recto rē ab Duce peterēt: ꝓbe scire cuiuſmodi morib⁹ futur⁹ eēt q̄ mitteret: ī vno Othone Sopo ſatis exptos qua ſupbia ſimulq; & auaritia cūcta miſcerēt qb⁹ ī ciuitates & pp̄los ius a Philippo tradi ſoleret. His & eiuſmodi iniuriis irritatis Genuēſiū animis, inita tandem aduerſus eū conſilia ſunt: orto a primoribus ciuitatis initio: qui ſe liberādę vltro patriæ auctores offerebāt. Fecerat ſane odiū domini ingens deſiderium libertatis: adeo vt q̄q̄ ſummæ difficultates manifeſtaq; pericula ante oculos obuerſabant: nemo tamen vnus inuentus ſit qui a coniuratis certior conſilii factus: aut facinus improbarit: aut diſcriminis partē capeſſere renuerit. Habebat in poteſtate Philippus Nouas, Gauium, Vultabium, Flaconum. Tres præterea ab eo extructæ arces: Pontis decimi, Montis pulchri, Bulſaneti, Porciferam vallem exercitibus eius peruiam tutamq; præſtabant. Ita cum ab vſq; Mediolano ad ipſas vrbis portas: facilis illi tranſitus eſſet: attollebat ſe inſuper intra mœnia arx munitiſſima quidem: quam Caſtelletum nominant: contumacis populi ceruicibus imminens: arduum ac ſummi laboris opus ſi expugnanda foret. Hæc cum aliquando coniuratorum audaciam frangerent: tum haud mediocriter exterrebat preſidium ad duo prope mília ꝑditum editioribus locis intra vrbem diſpoſitum: cogitantes q̄ facile ſiqui ſuorum vel ceſſarent vel ſegnius rem exequerentur, pauciores in ipſo conatu a pluribus opprimi poſſent. Subibat animum ille quoq; interdum metus: ne Sauona quæ duabus arcibus velut vincta tenebatur: non facile Philippo eripi poſſet. Et Alfonſo vtranq; Lucenſis portus arcem & nobiliſſimā Ilicis turrim obtinēte poſſe a duobus opulentiſſimis dominis vrbē mari terraq; cōcludi: atq; ita intēpeſtiuę libertatis amore patriā deletū iri. Ea tamē omnia cōtēpſit iniuriarū impatiētia & generoſa quædam fœdę ſeruitutis indignatio. Dū igit patrandę rei occaſio quęrit: placuit ī primis Opicinū Alſatē cui vrbis cuſtodia cōmiſſa erat, ferro obtrūcari. Videbantur enim eo ſublato:

Philippi milites arma ſtatim abiecturi. Peropportuna ad id ipm viſa eſt dies nona kalēdarū Ianuarii: cū in honorē natiuitatis Dei & ſaluatoris nr̄i: veſpere vt mos eſt Palatium populus cōpleſſet. Verum ea cū aduenīſſet dies: ſiue q; turbę promiſcuę & armatorum circunſtantium aſpectus infregerit animos: vt fit cū obiecta oculis pericula vehementius mouēt: ſiue q; cōiuratis per diuerſa ſubſellia inter multitudinē diſperſis: nō idem audacię fuit qđ cōfertis fuiſſet: pœnituiſſe cōſilii viſum eſt: reſq; in aliud tēpus reiecta: q̄q̄ is iam erat conſciorum numer⁹, vt ipſe ſibi pauori eſſet: quippe cū vnius hominis vel perfidia vel leuitas: ne cunctis pernicīē: patrię miſerrimā ſeruitutē ac ꝑpe exitiū pareret: haud ſine ratione timerēt: itaq; maturari omnia priuſq̄ cōiuratio ꝑderetur: is quoq; metus adegit. Mittitur & Seraſanam qui Thomam Campofulgoſum ordine cuncta doceret: oraretq; vt liberādæ patrię conatus & ipſe pro ſua virili adiuuaret. VI. kalēdas Ianuarias cū nouū Philippus prefidem Genuam mitteret Heraſmum Triurceū inter Mediolanenſes opibus ac rerū geſtarū fama inſignē: effuſaq; in obſequiū eius ciuitas eſſet: cōiurati clam miſſa nobiliū iuuenū manu: portā vrbis occidētalē: quā diui Thomæ nomināt: deturbatis cuſtodibus occupāt: moxq; ad arma cō clamatur. Quæ cū Franciſco Spinulæ vt conuenerat propere mūciata fuiſſent (is em̄ auctorem ſe libertatis profeſſus erat) extemplo ſe armatus domo proripuit: paucis comitantibus: quos e fidiſſimis delectos ſecum domi attinuerat. Is obuios quoſq; cohortatus vt memores libertatis in qua geniti eſſet: memores iniuriarum tyranni pulcherrimo facinori ne deeſſent, multos trepidantes adhuc: & quidnam moliretur ignaros: arma protinus capere cum pudore tum auctoritate commouit. Iam tota vrbe armatorum globi viſebantur: iam tumultum populi templis omnibus æra perſonabant, cum Heraſmus & Opicinus portæ Vaccarum propinquantes: diuerſum capiunt conſilium. Ille vt Genuenſium rerum imperitior: curſu in arcem contendit. Opicinus vt qui probe norat non palatium modo: ſed plę-

Genuen. ſe in libertatē vindicant. Franciſcus Spinula auctor libertatis.

raq; etiam vrbis loca præsidiis teneri, ratus impetum populi pri-
usq; in vnum coirent, subito aduentu opprimi posse: citato equo
vetera mœnia ingressus: vbi in id peruenit forũ qđ in quinq; vi-
as scissum: Riuulũ, siue vt vulgo loqmur, Fossatellũ noiam⁹: lapi-
Opicini ce- dibus primũ e fenestris appetitus est. Dein paululũ ꝓgressus ab
des. obuiis obtruncat: multisq; vulneribus cõfossus: ante tẽplum diui
Syri haud longe a puteo exanimis ac nudus diu iacuit: necui cæ-
des eius incerta foret. At milites diuersis statiõibus locati: cũ pñi
dẽ arce inclusum: pfectũ cæsum cognouissent: paucis admodum
obsistere ausis, armis ĩtra horas tres abiectis: capti ꝑpe omnes ac
dimissi sunt: nulla cede: nulla præter armorũ direptionẽ cuiusq;
iniuria. Mirũ ꝓfecto ac prodigio simile: rẽ maximã maximiq; dis-
criminis: intra pauculas horas esse cõfectã: & ita quidẽ confectã:
vt cũ multa armatorũ milia vtrinq; starẽt: præter vnũ Iacobum
Carbonem, qui saxo caput ictus statim occubuit, pręterq; vnum
e stipatoribus Opicini, alius nemo ceciderit. Cũ iã in vrbe tran-
quilla essent oĩa: & arce excepta, recenti cũcta libertati fauerent:
Præsides sex viros creari, pręfidesq; Genuẽsiũ & libertatis defensores noĩa-
Genuẽs. ri placuit. hi fuere Matthęus Lomellinus, Petr⁹ Bõdenarius: Frã-
ciscus Spinula, Andreolus Aurius, Nicolaus Iustinianus, & Mar
cus de Casina: quibus paulopost duos quoq; addidere, Andreã
ex Marinis, & Ioannẽ Nauonũ. Hos penes summa rerum fuit: ita
quidẽ vt de. xii. senatorũ magistratu cæteriscq; legibus nihil pror
sus ĩmutaret: statimq; tres quas memorauimus, arces Porciferæ
deditione receptę sunt: ac mox solo tenus excisæ. Sauonẽses quo-
q; exẽplũ secuti: cũ eos itẽ iniuriarum tederet: arcibus suis potiti,
haud leue momẽtũ rebus nõdum firmatis accessere. Sed nihil æq̃
ciuitatẽ exterrebat q̃ inopia cõmeatus. Nã præter haud magnũ
numerum: quem Iacobus Aurius Rhodo aduenies naui adue-
xerat: nihil tota vrbe venalis tritici fuit. Itaq; legatus decernitur
ad Eugenium Romanum Pontificẽ Florentinosq;, Iacobus Bra
celleus: qui oraret recentẽ Genuensiũ libertatẽ iuuarẽt: edictisq;
ac literis palam facerent: licere Genuensibus ex eorũ vrbibus tri

ticum exportare. id enim cum re ipsa: tum spe atq; opinione vul-
gi plurimum rebus conducere. Et Florẽtini quidem parata mox
biremi pleraq; minores naues frumẽtis onustas: Genuã raptim
misere. Eugenius tametsi Philippo infensus credebatur: non tam
quicq̃ edixit: q̃ non prohibuit. At Philippus cũ Genuẽsium mo-
tus accepisset, non tanq̃ re noua perculsus: quippe vt cui post ere
ptos Genuensibus Reges multi prædixerant indignitatẽ iniuria
rum eos nequaq̃ toleraturos: Nicolaum Paruulum quo in statu
res essent doctum facit: imperat vt ad opem arci ferẽdam copias
extẽplo cõtrahat: rẽ omnẽ in celeritate positã esse: & si maturetur
posse ipsam quoq; ciuitatem vi aut metu ad deditionem cogi. Ille
pedites: equitesq; ex hibernis raptim educere: delectũ summo stu
dio habere: nihil diligẽtię: nihil laboris remittere: dies nocteq; ex
peditionem maturare. Iisdem fere temporibus Renat⁹ prioris Lu Renatus
douici filius & alteri⁹ quem vita perfunctum diximus, Ludouici Dux Lota
frater, Barri Lotaringię & Andegauiæ dux: vt cognouit Alfonsũ ringiæ.
captũ asseruari: cũ ipe quoq; apud Philippũ Burgondionum Du
cem obses esset: quinq; triremibus raptim paratis: vxorem eius
Mariã Neapolim præmisit: quæ effusa obuiã ciuitate: magna po-
puli lętitia statim accepta: vsq; in aduentũ viri postea regno præ
fuit. Inter hęc Genuẽses cæteris rebus pro tempore cõpositis: cũ Genuẽs.
multa illis ex sentẽtia fluxissent: arcẽ oppugnare cõstituũt: edicta arcẽ oppu-
die qua populus armatus conueniret: tantaq; potiundæ fuit ar gnant.
cis cupiditas, quo ciuitas metu tãdem leuaretur: vt ad quatuor
sagittariorum milia eo sponte confluxisse: qui interfuerunt affir-
ment. Cumq; a populo ardore summo pugnareť: præsidium con
tra saxis, iaculis, sagittis, subeuntes pertinaciter arceret, scorpio
num tamen cum peritia tum multitudine: breui effectum est vt
quisquis se in mœnibus turribusve conspiciendũ præbuisset: vul
nere mox accepto loco excederet: atq; ita defensoribus magna ex
parte sauciis: exteriorẽ arcis murũ qua ad Africũ vergit: armati
iuuenes scãdũt: nulloq; cõminus congredi auso: ingentẽ obsessis
terrorẽ iniiciunt. nox prælio diremit. Et iam fama erat Paruulũ

cõtractis vndiq; copiis moturũ:apparebatq; Philippũ nõ tã qd si bi cõduceret cogitare:q̃ fremẽtẽ ĩdignabũdũq; ad vltionẽ accingí.Itaq; legati Florẽtiã missi Damianus Palauicinus iuris ciuilis interpres,Simõ Macia,Ioãnes Iustinian⁹,& Lucian⁹ Grimaldus: q cũ Florẽtinis Venetisq; belli societatẽ pacisceret:auxiliũq; aduersus Philippũ poscerẽt,Neue Paruulus magnos exercitus trahẽs penetrare ad arcẽ posset:fossa extra vrbẽ ducta ẽ:q̃ descẽsuris hostibus obiecta:ab accessu loci veniẽtes arceret. Hæc dũ ita geruntur,Nicolaũ collectis aliquot equitũ turmis & qndecĩ peditũ milibus traiecisse Padũ afferẽt:quo metu cũ pculsus populus variis cõsiliis distraheret:vicit tãdẽ arcis iterũ oppugnãdę sentẽtia: ea.n.capta oẽs hostiũ conat⁹ irritos fieri. Cũ itaq; die cõstituta senes:iuuenes:pueri:oĩs ætas aut pugnæ aut spectaculo interesset: fœminæ quoq; fenestras & domorũ culmina complessent:vt spectantes ad pulcherrimũ simul facinus viros cohortarent:ĩgẽs armatorũ multitudo oculis offusa,scalæq; ac reliquæ machinæ admotorũ multitudo oculis offusa,scalæq; ac reliquæ machinæ ad id cõparatæ:præsidiũ terruere:& primũ qdẽ ĩter sese diuersis sententiis certabãt:deinde vbi sola erat cuiq; cura sui:& consiliũ qsq; suũ ptinacius tuebaẽ:res ĩ altercationẽ versa.Erant q in arcẽ cũ Herasimo cõfugerãt:quos neq; deditæ ignominia:neq; defensę decus aut prẽmiũ manebat.Erant ĩtẽ q irritatũ iniuriis populũ metuebãt.Nec deerãt q cogitarẽt multos aduersũ se indignitate rerũ puocasse.Hi oẽsq; eiusmodi:liceret modo tuto abire: nihil de Philippo:nihil aut parum admodum de retentione arcis angebantur.Erat contra præfectus commissæ sibi curæ rationem aliquando redditurus:cuius fama,fortuna,caput,siquid male consultum foret:discrimini obiiciebantur.Verum cum pauci a pluribus superarentur vicit sententia a metu profecta: vt furentis impetum multitudinis declinarent: missisq; qui deditionis spem facerent:cõuenerunt:vt nisi intra præfixam diem succurreret obsessis,arcẽ traderent:eius promissi pignus,turriũ quę arcis erãt vnã:delecti e populo ciues seruandã acciperẽt:ita cõposita res dies aliquot quies vtriq; fuit.At vbi hostiles exercit⁹ haud pcul

abesse nunciatum est:rati parũ admodũ momẽti in vna triũ turrium fore siqua hostis irrumperet: in arcem impetum faciunt: paruoq; labore,iam nemine resistere auso:loco potiuntur: exclamante præfecto,cæterisq; contestantibus non licuisse ante statutam diem aduersum se vim experiri.Hoc modo capti qui in arce erant:in custodiam omnes traditi:q; Philippus conquisitos vbiq; Genuenses:ne legatorum quidem ius excipiens: asseruari oẽs iusserat.Nec mora,admotis extẽplo fabris arx excisa:q; publicę libertati officere putabatur.Paruulus interea rebus cognitis,Porciferam vallẽ ingressus:cũcta late populatur:fusisq; ac fugatis q se venienti obiecerãt,vsq; ad ipsum littus magno omniũ terrore peruagatus est, incensis etiã aliquot ædibus nauibusq;:quæ semi extructæ deduci non potuerant.Ea incendia, paucorũ ne ira an Ducis imperio excitata sint, incertum:ipse post multos sane annos nihil horũ aut suo aut Philippi iussu accidisse sæpe testatus est.Inde Vulturium conuersus: pari clade cuncta vastauit: abductaq; omnis generis prẽda:igne tamẽ grassatus non est. Constat eũ cũ rediret,in loca aspera & impedita sine vllo pedítatu delatũ,cũ periculi magnitudinẽ cognouisset:vehementer exterritũ paucisq; admodũ comitantibus per auia queq; citato equo delexisse:neq; trepidationem prius exuisse:q̃ cursu ppetuo suos assecut⁹ est.Illud certe nemo inficiabitur: hac eadẽ die cũ Vulturio rediret:triremiũ vnã littori latus applicuisse:expositisq; in terrã sagittariis:obuiã effuse fugiẽtibus itũ esse:neq; illos aut vnq̃ in hostes equos vertisse,aut alibi q̃ in fuga spẽ vllã habuisse visos. Ex his postea locis in Ligures Ingaunos pfect⁹,palã fauẽte Galeoto Carretino:quẽ Marchionẽ Finarii vocabãt: terras oẽs vicinas ingẽti populoq; clade affecit.Magna illic vis hoĩm capta: pecora quoq; ac iumẽta & quicqd in agris relictũ erat: q̃ oĩa Finariũ velut ad nouũ quoddã emporiũ cõportata. Ibi de pciis direptarũ rerũ:ibi de captiuoq; redẽptiõe trãsigebaẽ. Nõdũ fœd⁹ cũ Venetis & Florẽtinis legati iũxerãt:& tñ mille pedites cũ aliquot eqtib⁹ ex Hetruria auxilio venerãt.Hoq; ad trecẽtos Albũingaunũ

Vulturiũ

Finarium oppidum.

in præsidium missi: qꝫ rumor erat Paruulũ ad eiꝰ oppugnationẽ vrbis accingi. Et ille quidẽ oĩa circũ loca peruagatꝰ: quorũ quędã etiã ab incolis metu deserta fuerãt: post magnã captiuorũ turbã ingentesqꝫ prædas abactas, serius tamen q̃ pro hominũ opinione ante eam vrbem consedit. Est autẽ Albũingaunũ plano loco positũ: haud plus quadringentos passus a mari recedẽs: amne alicubi defensum: cęterũ inter Ligures Alpinos antiquitate ac fertilitate agri admodũ nobile. Nicolaꝰ igitur cũ equitatu plurimum valeret: pedite nõ ita multũ abũdaret: iis quos Sceuę & Carreti Marchiones nominant: q̃ maximos delectus imperat: atqꝫ ita contracta sagittariorum multitudine: oppidũ oppugnat. Prędrat vbi Thomas Aurius Conradi filius, vir fide ac moderatione egregius: prętereqꝫ ciues qui ad tuendã patriã offirmauerant animos multi etiã agrestium qui sese eo contulerant: in mœnibus dispositi, conatibus hostiũ fortiter obsistebãt. Atqꝫ ita abundante defensorũ turba, q̃q̃ tormentis muri quatiebantur: q̃q̃ scalæ, vineę cæteraqꝫ ad terrẽdas ciuitates excogitata oculis obiiciebãtur: cõtemnebat tamẽ omnia virtus & obsessi populi constãtia. Reliqua erat paruulo in obsidione posita spes: qꝫ inclusa multitudo breui credebatur absumptura quicqd alimẽtorũ intro cõuectũ fuisset. Hac fiducia plenus: remissa paululum oppugnatione: ita oẽs aditus sepsit: vt ne nuncius quidẽ penetrare in oppidum posset. Supererat populo mare: sed eã quoqꝫ spem eripere hostes aggressi: intra littus & vrbẽ statiões armatorũ locauerãt. At Genuę excisa iam arce omniqꝫ Philippi metu sublato: cuncta negligẽtius gerebantur: seu qꝫ octo viris dum suam quisqꝫ factionẽ fouent: multũ ex priore concordia deperierat: seu qꝫ suapte natura multitudo principantiũ ipsa sibi impedimento est: seu qꝫ paucorũ ambitio supmã ducatꝰ dignitatẽ sibi despõdẽtiũ: sana illorũ cõsilia variis artibꝰ eludebat. Cũ iam illorũ discordia vt exitiosa reip. palã dãnaret: primates plebis cõcilio in tẽplũ diui Syri contracto: Ducẽ creãt Isnardũ Guarcũ: cuiꝰ patruꝰ Nicolaus difficillimo reip. tẽpore sũma ęgtate ac moderatiõe quinquẽniũ ciuitatẽ rexerat.

Albũingaunum.

Nouo Duce in palatiũ deducto: nullo tumultu: nullis armis comitãtibꝰ: pśides re tantũ audita: nec quicq̃ vltra scisciatati: in suas qsqꝫ domos dilapsi sunt. Septio inde die rebꝰ nõdũ cõpositis, Thomas Cãpofulgosus: qui iampridem oĩ ciuitate obuiã effusa: maxima celebritate acceptus fuerat: palatiũ armatus expugnat: deturbatoqꝫ prędidio & aduocata statim concione: Dux creatur, plęriscꝫ Isnardi ætatem causantibus: qꝫ annos duos & septuagĩta natus: impar curis ac laboribus esset. Vixdũ statu ciuitatis cõposito, mittitur extẽplo cũ pecunia qui in Hetruria militẽ cõducat: quẽ Philippi conatibus opponãt. Delectis dein sagittariis Angelum Dentatũ virum militia clarũ præficiunt: qui noctu aut interdiu quacũqꝫ licuerit: in Albumingaunũ viam inueniat. Hunc cũ nauí ad littus peruenisse populus obsessus cognouisset: prędidio ciuibusqꝫ eatenus obuiam progressis: vt liber illis in vrbem regressus foret: e nauí armatus desiliit: ac nullo hostiũ inter duas acies perrũpere ausο, suis adiũgit: atqꝫ ĩtra mœnia deducit. Sperabat iam hostiles minas inclusus populus: adeo vt crescente indies fiducia: sępius erũperent: sępe versis in fugam hostibus tergа cęderent. Idqꝫ vt illis aĩos dabat: ita absumptis iã magna ex parte alimẽtis: imminens rerũ egestas frangebat. Affuit illis fortuna: & vnde minime sperabat: auxiliũ tulit. Nauis Ioannis Perdicis q̃ in prouincia Narbonẽsi haud procul Massilia onerata tritico fuerat: dum Genuã repetit: eũ forte scopulum tenuit quem Alboingauno in mari oppositũ, Insulã nominant. Tres quoqꝫ onerarię q̃ sub pfectura Bartholomei Aurii aduersꝰ Cathalanos bellũ gesturæ: maria puagatę fuerant, eo itẽ delatæ sunt. Cognita igit clausę ciuitatis inopia, scaphas aliasqꝫ minores naues delecta iuuentute instructas littori applicant: Bõbardulisqꝫ ac sagittis hostes summouent. Neqꝫ obsessi rei suę desunt, factaqꝫ eruptione aliquãtum tritici qđ scaphis aduectũ erat: vbi importatũ est. Iam cũ Venetis Florẽtinisqꝫ legati quos Florẽtiã missos memorauimꝰ, addito postea illis Matthęo Lomellino: belli societatẽ aduersus Philippũ in decẽniũ iũxerãt. Iã copię ad duo ferme peditũ milia: ex Hetru-

Thomas Cãpofulgosus.

Angelus Dentatus.

ria mercede cõducta aduenerãt. Cũ itaq; eius obsidionis soluẽdę
prȩcipua oĩbus cura iniecta esset: missi sunt naui Cẽturionũ qdã:
missi itẽ & alii qui militariũ artiũ haud ignari: cuncta oculis lu-
straret: litt⁹: vrbis situ: statiões hostiũ: naturã locorũ, quibusq; ad
uersus hostẽ viribus opus esset. Nã paruulus Posteaq̃ spes famis
dilata fuerat, cõparatis multiplicibus tormẽtis: nullũ respirandi
tẽpus, ne nocte quidẽ, circũsessis dabat: sȩpe mœnia ictibus quati
ens: sæpe missis in auras immanibus saxis, dũ in tecta domorũ ca
dunt: ipsos ingenti ruina dominos cum ędibus obruẽs. Addidit
Nicolai Paruuli sæuitia. his sæuitiã tanto viro certe indignã. Valẽtẽ eñ quẽdã cognomi
ne Focaciã: q; ad obsessos a Genua literas attulisset: ita cõplicatũ
vt crura ceruici applicarent̃: dein tormẽto in sublime excussum
intra mœnia demisit. At centuriones quiq; cũ eis pfecti erãt: cũ
renunciassent q̃q̃ oẽs ad vrbẽ aditus prȩsidiis septi essent: maio-
ribusq; in dies munitionibus stationes militum Paruulus firma
ret: posse tamen a mari ad oppidum viam patefieri: si quæ neces-
saria sint strenue comparẽtur: ante omnia singulari magistratuũ
cura delectus habitus est. Ad sex milia virorũ pars maxima sagit
tariorũ scripta: ex quibus plæriq; nobilitate insignes: eam tamẽ
militiã haud aspernati sunt. Qui ex Hetruria paulo ante aduene
rant: duorum millium numerum explebant: qui autem obsidebã
tur, cum hoste congredi assueti: supra mille numerabantur. In-
gens Scorpionum, sagittarum, Bombardularũ, panis, tritici vis
comparata: nauiũ quoq; minorũ quæ admoueri littori possent:
multitudo in vnũ cõtrahitur: cum ecce in hoc maturandæ expe
ditionis ardore: citus nuncius affertur: omissa Nicolaum ob-
sidiõe Finarium versus iter flexisse. ita ipso apparatus rumore so
lutum obsidium est. Legati post hæc cum Genuam venissent:
† quinqua gesimum, hoc est an norũ qua tuordecim quædam in calamitatum suarum solatium postulantes, collauda
ta fide constantiaq;, ampla in eum populum munificentia respu.
vsa est, quippe quæ a plęrisq; vectigalibus immunitatẽ, a terrestri
bus maritimisq; expeditionib⁹ vacationẽ vsq; in annũ Millesimũ
quadringẽtesimũ † sexagesimũ, hoc est annorũ viginti quatuor: ei

magno cũctorũ assensu idulsit: vt his etiam beneficiis vastationes
agrorũ & reliquas clades fessæ ciuitatis solaret. Inter hæc grauis
Genuenses pestilẽtia nõ in vrbe modo sed extra quoq; vastare cœ
perat: dispersisq; passim ciuibus: nõ erat vñ inopię publicę succur
rere. Placuit vt hispanis captiuis: quos vt viliores Philippus Ge
nuæ reliq̃rat, ipposito leui redẽptionis precio sui cuiq; liberandi
potestas fieret. Ii conditionem cũ haud inuiti accepissent: ea tunc
pecunia in vsum belli respublica vsa est. Exitu eius anni: qui tri-
gesimus sextus supra millenum quadringentenũq; fuerat: ambæ
portus Lunensis arces aliquandiu oppugnatę: annitentibus ma-
xime incolis receptæ sunt: paulo q; post cũ præfectus Ilicensis tur
ris neminem inueniret qui deditionẽ eius emercaretur: nocte in
insidias præcipitatus in vincula postea coniectus est. Ita ea quoq;
arx sine vllis armis in potestatem venit. Nanq; Alfonsus Rex con
tractis iandudũ arcanis cũ Philippo fœderibus: incredibili qua-
dam in eũ munificentia Ducis, nõ gratuitam modo liberationẽ:
sed qcqd aliud recuperãdo cõducebat regno: ab eo cũ ipetrasset:
Mediolano primum in Lunensem portum concesserat: inde mari
auectus Caietam quæ pulso Renati prȩsidio regium acceperat:
paucis comitantibus se contulerat: intentusq; cõciliandis proce
rũ animis: occasionẽ præbuerat facilius terras ab se relictas occu-
pãdi. Initio sequẽtis anni Dux senatusq; & populus dona ferẽtes
in memoriã partę libertatis. VI. Kalẽdas Ianuarias: quę dies diuo
Ioanni Apostolo dicata est: eius altare: qd in prȩcursoris Baptistę
templo extructum videmus: tum primum magna omnis ordinis
frequentia venerati sunt. Idq; vt quotannis fieret lege sancitum.
Eodem quoq; anno Vultabium quod in alium Philippus trans
tulerat: data pecunia receptum est. Iam Renatũ a Philippo Bur
gundionum Duce solutũ: Neapolitani principes: vt Italiam pete
ret regnumq; capesseret impensius efflagitabant. Alfonsum re-
bus interesse: ambire prouincias: procerum populorũq; animos
sibi conciliare: alios largitionibus: spe alios: quosdam pollici
tationibus ad se traducere. Nisi alius ei Rex opponatur, breui

Vultabiũ a Genuen̄. re ceptum.

fore:vt vacuo regno potiatur.His igitur atq; eiusmodi rationibus perpulere cunctãtem:vt classem qua traiiceret:in magna vt credebatur egestate positus pararet. Quinq; Massiliæ triremes instruuntur. Mittitur & Genuam legatus Georgius Pulcini Comes:q petat licere Regi ibi quoq; alias naues armare. Facta legato potestate triremes septem reficiuntur atq; exornant. Anno igit. MCCCCXXXVIII.idibus Aprilis:Rex quinq; triremibus duabusq; speculatoriis Genuam veniens:summo honore except9 est.Non enim Dux modo ac senatus cæteriq; magistratus obuiã effusi:sed vniuersus insuper populus adeo compleuerant vias: vt nec lictores summouere turbas possent:& Dux ipse ac senat9 intermixtus plebi:hinc atq; inde sæpe conflictarentur:nec vllum maiestatis publicæ decus retinerent. Mulieres quoq; ad spectaculum egressæ,porticus,tẽpla,fenestras,culminaq; domorũ adeo cõfertæ insederãt,vt multarũ nõ vnius vrbis ea multitudo credi posset.Deductus est.rex sub vmbraculo purpurei panni auro intertexti. Vixq; a portu ad templum diui Laurentii multis horis peruentũ est.Ibi Ioãnis Baptistæ sacros cineres veneratus:atq; in de Auriorum regionẽ petens:iis ædibus acceptus est quę quõdã Iacobi Aurii fuerant:tunc ad liberos ei9 Lambã Bartholomæũq; peruenerant.Quindecim eo loco dies moratus:omnibus iam recte paratis classem soluit.Duodecim triremes erant:quibus littora legens in Lunensem portum deuectus est.Cũq; rumor esset Alfonsum validam qua ei occurreret classem in dies contrahere:triremes duas:quas Ianus Cãpofulgosus:quẽ postea in principatu ciuitatis mortuum vidimus:apud Corsicam armauerat:accersitas suis adiunxit:ita aucto nauium numero:Neapolim nullo obuio traiecit: paruoq; post tempore q; eum sumptum perferre non poterat:classem omnem ab se dimisit:quasi veritus ne mari non satis mature hosti cederet. Eo quoq; anno pestilentia ciuitatem inuasit:Pisis vt deprehensum est aduecta.Nam cũ miles quidam inde profectus:clam Genuam venisset:ac seruam cui assueuerat contactu infecisset:illa in mulierc̃ularum grege obuersata:

Renatus Rex Genuã venit.

Pestilentia Genuã inuadit.

quarũ plęręq; lactantes:sinu gestabant infantes:morbũ in proximas vulgauit:nutrices extẽplo infanteq; latente malo correpti: eam labem in domesticos pręsertim diffuderunt: eoq; velocius: q; cum omnis eo tẽpore suspicio eiusmodi mali procul abesset: ægrotantium curationem refugiebat nemo. Ita cũ more repẽtini incẽdii domos aliquot ea tabes peruasisset:pluresq; vim morbi in dies cõtraherẽt:pauor primũ,dein fuga fieri cœpta: nec ante in vicina vrbi loca reditum est: q̃ Autumni frigora salubritatẽ reuexere.Per idẽ tẽpus cũ armatis aliquot onerariis Cathalani prędantium magis q̃ belligerantium more:cædibus ac rapinis seuirent:quatuor,easq; ingentes parari naues placuit.Legendi præfecti cura paucos ĩ dies dilata:q; dux ac senatus qui duodenario tantum numero constat:inuidiosum sibi fore arbitrati si soli præfectum ipsi creassent:ius & arbitriũ eiusmodi maluerant cũ aliis cõmunicare.Vocatus est igitur is magistrat9:quẽ quia trãsmarinarum vrbiũ curam gerit:Romanię vulgo noĩamus: isq; item qui rem pecuniariã curat:postremo & is quoq; quẽ diui Georgii ptectores dicimus.Additi sunt his & ciues quidam primarii: vt sexagenariũ numerum oẽs implerent.Ibi nõ manifesto suffragio vocũ:sed calculorum occulto,creatus est Peregrus ex Promõtorio:& classis intra paucos dies soluta:quæ ad inquirendos hostes Gallicum,Balearicũ,ac Sardoum mare circũuecta,cum Neapolim versus iter intenderet,orta seditio est: q; propinquo iã fine stipendii:nulla certa mercede nauigare videbant: si Neapolim vsq; naues ducerentur.Quã ob rem cũ nemo esset cui de noua solutione satis crederet: ante percepti etiã stipendii exitũ:inuito & nequicq̃ clamãte pfecto:Genuã repetũt. Cũ res tã fœdi exempli optimatũ psertim aĩos offendisset:nec seditionis auctores cauti9 agẽtes,sese nisi paucis admodũ crederẽt:dissimulari facinus placuit: donec illi nihil seuerius cõtra se statui videntes,securius ac negligẽti9 vagarent:ita paucos intra dies iniectę sunt in eos manus:& trib9 eorũ supplicio affectis:reliquos metus ipse coercuit.

Peregrus ex pmõtorio pręfect9 classis.

LIBER QVINTVS.

Ircũagebatur tertius nouæ libertatis annus: erantq; omnia circũ pacta tranquilla: ita vt nõ absurde interpretati viderentur qui dixerant Ambrosiani tẽpli summitatẽ nulli⁹ damno fulmine deiectã: dominatũ Philippi portendisse a ceruicibus populi Genuẽsis nullius clade excutiendũ. Perapte em̃ Mediolanẽses p diuũ Ambrosium cui vrbs illa dicata est: & per fastigiũ, dominatus sublimitatem designari. Verum ea tẽporum otia interrupit Renat⁹ Rex: qui magnis primũ populorũ studiis in regno acceptus: sensim minui & cadere haud cunctãter visus est: seu q; Alfonso Siciliã Sardiniãq; & alia prędicta regna obtinẽti impar opib⁹ erat: seu q; cũ Italorũ moribus parũ Gallis cõuenire soleat: seu q; ita a natura cõparatũ est: vt minoris opus laboris sit: regna parare q̃ tueri. Alfonsus nãq; vt vidit Genuẽsiũ triremes ab rege dimissas: collectis quas sparsas habebat: & cõtractis insuper aliquot onerariis cœpit mari hostẽ vrgere. Cũq; parũ tutũ videretur quatuor quas supra memorauimus onerarias Alfonsianę classi obiicere: adiũctę sũt illis & tres alię: quę iam p̃ciosis mercib⁹ onustę: Galliã, Britãniãq; petituręrãt. Ita Duce Peregro soluta septem nauiũ classe, nullo obuio Neapolim ventũ est. Patefacto mari cũ quatuor priores aduersus Sparsos iam tunc hostes: satis esse crederentur: eas Renatus doctior factus q̃tum sibi in maritimo exercitu momenti esset: nõ magna mercede conducit: & Genuam redeunte Peregro missus statim Nicolaus Campofulgosus: Spinetæ filius adolescẽs admodum: qui iis prędest. Tres negotiatoriæ post paucos inde versus tenuere. Nicolaus in noua prędectura aliquid audendum ratus: præceps ac temerarium primo aspectu, exitu felix: oppugnandæ arcis Neapolitanæ eius quã vulgo Nouam vocant: consilium capit. Eam valido Alfonsus præsidio firmauerat: videbaturq; non omnino vrbe eiectus: cum portum ac molem arx imminens in potestate haberet. Constat eam opus esse primi Caroli qui Belengarii gener Ludouici Regis Frãcorũ

Arx Noua Neapoli.

frater: aduersus Manfredum a Romano pontifice in Italiam quõdam accitus fuerat. Nanq; is deuicto equestri pugna Manfredo: regno Apuliæ potit⁹: arcẽ quã Capuanę nominãt, a Federico Hẽrici & Cõstãtiæ filio Romanorũ imperatore paulo ante cõstructã velut opus Germanorũ contemnens, hanc nouã ædificandam curauerat, spatii multũ amplexus: vt non arcis modo sed regiarum quoq; ędium vsum pręberet. Iã anni. MCCCCXXX. nõ pars magna transierat: cum parua Nicolaus manu arduam oppugnatiõnẽ adoriturus: ei primũ turri sagittarios admouit quam in ora ipsa inter scopulos positam: diuo Vincentio sacratam loquuntur. Cumq; eam regium præsidium fortiter tueretur: adeo vt etiam primos hostiũ conatus irriderent: posteaq̃ multitudine sagittarũ pleriscq; interfectis: reliquis sauciis: ita vt ad ferẽda arma vires deessent: iã scalæ admouebantur: dediderunt sese. Elatus eo successu Nicolaus: oppugnationem arcis non vltra differendam ratus: cohortem vnam Renati quadringentorum ferme militum: naualibus sociis adiungit. Fossa deinde præcipiti arcẽ cingit: excitatis aliquot castellis: quo & minore præsidio munitiones tueri posset: & subsidia si mitterentur: facilius arcere. Operibus perfectis haud exigua Scorpionum vis e nauibus in terram exponitur: ex iis maioribus aduersus quos nulla sit in armis fiducia. Ita sagittis ac bõbardulis arx eminus oppugnari cœpta: adeo quidẽ pertinaciter: vt vix pauculæ horæ ad curãdum corpus militi permitterent: & cadebant quotidie ex præsidio nõnulli: plures accepta vulnera loco excedere cogebant. Neq; naues arci admotæ segnius rem gerebant: quarũ ꝓpugnacula in mali summitate locata: altitudinẽ turrium ꝓpe æquabant. Quibus rebus excitatus Alfonsus: copias cõtrahit: magnisq; itineribus in Neapolitanũ agrũ obsidionem soluturus cõtendit. Interim conatibus eius Nicolaus cognitis: fossas altius effodit: frequentiora castella munitionibus addit: quæq; pro tempore aduenienti Regi opponi potuere, sine vlla operis intermissione parat. Neq; Renatus aduentantis hostis certior factus, rei suæ deest: sed Neapolitana iuuentute armata: frequens

Turris Diui Vincẽtii

Nicolaus Cãpofulgosus Arcem Nouã oppugnat.

opera inuisere:comiter milites alloq:adhortari:dignitates ac prę
mia pollicerí:nihil eorum negligere:quæ in tali tempore ad con
firmandos animos desiderari solent.Et arx quidem interim sum-
ma vi oppugnabatur:quoq; ꝑpiorē esse Alfonsum afferebatur :
eo enixius vt in libero ab hoste tempore incumbebant.Et iam ple
riq; ex præsidio ceciderāt:multisq; vulneratis rarior in muris ac
turribus miles conspiciebatur:& qđ postea cognitum est:alimen
torum etiam inopia terrere cœperat:cum ecce vnica spes Alfon-
sus perculsis aduenit:præter collectum vndiq; peditem:florentes
equitum turmas secum trahens:contemplatusq; munitiones in-
struit aciem sublimi equo conspicuus:vt regem adesse obsessi ob
sessoresq; iuxta scirent.Dein velut in munitiones impetum factu
rus:vsq; ad teli iactum propius accedens:vbi saxis sagittisq; quos
dam suorum vulneratos vidit:gradum suppressit.Postea stimu-
lante pudore ac metu:ne desperato subsidio fieret arcis deditio:
bis terq; tentata nequicq̄ irruptione:sub occasu solis in castra
rediit.Ibi omnibus quæ aduersus vim sagittarū pro tempore cō-
quiri potuere:repente comparari iussis:ipse interim orta luce in-
structas acies ostendens nequa spes obsessis deesset:nō nisi vespe
re in castra se recepit.Id cum aliquot diebus factitatum esset:pa-
ratis iam omnibus:hostes rursus adoriri statuit:magnoq; impe-
tu in opera inuectus:cum munitiones propius intuens nihil non
firmum & inaccessibile cerneret : iamq; multi suorum & prom-
ptiores caderent:receptui demum cecinit:& abiecta ferendi auxi
lii spe:in interiora Campaniæ loca vnde venerat:reuersus est.At
Arx dedit. præfectus regius omnia expertus cum neq; in ipso quidem Re-
ge præsente quicq̄ opis esse vidisset:pactus vt præsidio incolumi
abire liceret,arcem tradidit.Eius rei fama per vniuersam Italiam
vulgata: & Renati regnū magno opere firmare visa est:& in ex-
pugnandis arcibus Genuēsium virtutē celebrare.Nicolai quoq;
industriam ac labores:cum proceres regni:tū Renatus ipse : ma-
gnis sępe laudibus prædicauere,missis etiam ad Ducem & senatū
literis:quibus fortia Genuensium facta testarētur.Verum quātū

arx nobilissima contra omnium opinionem breui recepta:Rena-
ti res longe meliores fecisse videbatur : tantum eius inopia ma-
gis magisq; in dies detecta : frangebat animos suorum.quippe
vbi palam fuit : nullum a Carolo Francorum Rege aliove prin-
cipum Galliæ neq; militis neq; pecuniæ auxilium iam expectari
posse : ita eo anno & duobus ferme sequentibus : a Iacobo Can-
dola : cui ex proceribus regni maximę tum vires erant : & a Ge-
nuensibus maritimas impensas subeuntibus : res eius ægre ma-
gnoq; labore sustentatæ sunt. Anno Millesimo quadringentesi-
mo quadragesimo cum magister ordinis Minorum Guiliel- Cōciliū ge
mus multa prece contendisset : licere sibi vt ex toto orbe conuen nerale fra-
tum fratrum suorum ageret Genuæ , erogatæ sunt ex ærario trū Minoꝝ
publico libræ quingentæ supra duo milia:quibus ad perferen- Genuę ha-
dum haud leuium impensarum onus iuuaretur. Et Eugenius bitum.
quartus Romanus Pontifex : data culparum venia : cuius-
modi Assisium habere creditur : id concilium celebrius effe-
cit : quippe cum ex regionibus non propinquis modo : sed
etiam procul admodum positis : hominum omnis ætatis ac se-
xus ingens quotidie multitudo : fiducia veniæ eo confluerent:
adeo vt etiam a Corsica magna præsertim fœminarum vis: quæ
nunq̄ continentem vidissent,Genuam delata sit. Ita ex incredi-
bili propę turba : singulis pro facultate aliquid conferentibus :
præter impensas largiter suppeditatas hospitibus fratribus, Di-
ui Francisci templum : cuius in contemptu diuitiarum gloria
posita est : plus æquo ditatum est. Per idem tempus cum mor-
tuo Candola:Renati res deteriot in dies fieret : annitente Euge-
nio qui Alfonso palam infensus erat : fœdus cum ecclesia Roma Fœdus Ge-
na ictum est : in quo conuenit vt pontifex equestri exercitu,Ge- nueñ. cum
nuenses mari aduersus Alfonsum bellum gererent.Igitur ne ino- Romana
pia pecunię apparatus classium moraretur:additum est mercatu ecclesia.
ræ vectigal centesimæ.Triremes partim ædificatæ nouæ,partim
veteres refectę:contractę onerariæ:quæ ei bello idoneę visæ sunt.

Dux classis creatus Ioannes Campofulgosius omnium fratrum minimus. Idq; nõ sine contentione ac manifesta multorum offensa: quippe repetentes memoria superiorum temporum mandatas dignitates: rursumq; computantes quibusnam plebs: quibusq; præfecturis nobilitas perfuncta fuisset: dictitabant eius classis imperium homini plebeio non deberi. Idq; vel ex eo perspicuum esse: q; postremæ Blasius Axeretus vir item plebeius præfuisset. Q; si minorum quoq; classium habenda esset ratio: præcessisse pauloante Peregri ex Promontorio viri plebei præfecturam. Sed omnium grauissime (vt res docuit) offensus Ioannes antonius Fliscus Nicolai filius: qui id munus ita sibi ipse animo destinauerat, vt iniuriam vocaret: si quis in eo se illi adæquari vellet. Fremens igitur ac minabundus excessit vrbe: Turriculam castellum viginti ferme milib9 passuum inde positum petens: consilia conatusq; omnes in perniciem Thomæ vertere patens: moxq; cum Philippo Mediolanensium Duce in exitium eius consentientes: montanos primum, deinde Buliasci, Sauli, Rechi, Rapalli, vicinarumq; villarum incolas spe largitionibusq; corruptos: in arma corripuit: & contracta haud contemnenda manu: nunc ad vrbis usq; conspectum excursiones facere: nunc prædatoriis lembis incursando: mare infestum reddere: nihil demum maris aut terrarum pacatum relinquere: quod inter quarum ab vrbe lapidem Clarumq; interiacet. Quibus rebus anxius Thomas: mercenarium militem conducit: naues actuarias quæ mare tuerentur, instruit: loca vrbis editiora præsidiis firmat. Neq; Alfonsus fœderis aduersum se contracti gnarus: rei suæ deest. Nam præmissis triremibus: quæ Genuense littus incursarent: eum minoribus nauibus terrorem iniecit: vt metu subductæ annonæ primum caritatem augerent: deinde inopiam gignerent. Et Galeotus Carretinus quem Marchionem Finarii vulgo nominabant: rebus Alfonsi enixe fauens: non exules modo Thomæ recipere: sed classes quoq; regias portu com-

Discordia ciuilis Genuæ.

Ioannesantoni9 Flisc9

Galeotus Carretin9.

meatibusq; iuuare. Aduersus quæ cum non nisi graui sumptu resisti posset: pecunia omnis quæ in parandas cõtra Regẽ ex fœdere naues, coacta erat: in reprimendos terra mariq; orientes mot9 absumpta est. Qđ cũ Eugenius rescisset: quippe qui supra quatuor equitũ milia aduersus Alfonsum iam præmiserat: graui indignatione accensus: se a Genuensibus elusum dictitans: ita exarsit: vt nulla postea ratione satis placari potuerit: oblitusq; beniuolentiæ qua in Genuenses usus fuerat, multis sepe documentis testatus est eius iniuriæ memoriam sibi penitus insedisse. Iisdem fere temporibus inter Philippum Mariã eiusq; fautores Venetosq; ac Genuenses, & Florentinos, renouata pax est: annitente Francisco Sfortia: ad quem belli ac pacis arbitrium velut ad communẽ amicum detulerant: cum hinc copiarum Dux: illinc gener iam esset: iuncta ei matrimonio Blancamaria vnica Philippi filia. Ea pax quemadmodum plæriscq; Italiæ populis quietem otiumq; paritura credebatur: ita opes Thomæ vehementer infregit. Nam cum prius huius societatis auxiliis in rebus dubiis iuuaretur: tunc contracta pace soli sibi relictus: ægre admodum aduersario tum conatus repellebat. Inter hæc deserto prope ab omnibus Renato, cum multi populi spe aut metu ad Alfonsum desciuissent: obsidebatur terra mariq; Neapolis: et siquando missæ Genua naues clausum aperiebant mare: mox illis abeuntibus redibat obsidio. Erat igitur inexplebilis impẽsarũ vorago: ter quaterq; quotannis armatas naues Neapolim repetere: quæ militem, triticum, cæteraq; obsessæ ciuitati necessaria importarent. Ingrauescentibus igitur in dies malis quæ clausos populos torquere solent: adeo rerum omnium inopia creuerat: vt pro numero frequenter hominum: panis in familias distribueretur. Fama est mulierculam ex infima plebe Renatum, adiuisse: orantem vt sibi paruulisq; filiis fame pereũtibus succurreret. Eam toruo ab Rege vultu repulsam: ad Alfonsum misisse qui indicarent esse veterem aquæ ductum: multorum seculorum vetustate adeo neglectũ: vt

Mulier Neapolim prodit.

cum eum ſuperingruens terra contexerit:non viuentium mo-
do:ſed auorum quoq; memoriam effugerit:poſſe eũ ſi velit hoc
veluti cuniculo in vrbem penetrare:eſſe mulieri intra domũ pu-
teum:in quem is aquarum ductus exitum habeat.Polliceri datu
ram ſe cum fide operã:vt quicũq; ea intromiſſi milites fuerint:
in ſua domo ſine periculo lateant.Alfonſus oblatam ſpem haud
contemnendam ratus, vbi monſtrato loco effoſſaq; altius hu-
mo cryptam inſpexit: paucis centurionum rem aperit. Horta-
tur vt delectis militibus ſecum aſſumptis: facinus vt memora-
bile: ita extra pericula poſitum aggrediantur. Nullas a muliere
inſidias metuendas: quippæ quę in extrema fame faſtidita: ſu-
am ac ſuorum mortem bono illi Regi obiectet. Addidit & ingen
tia promiſſa:vt cum nobiliſſimæ vrbis & quæ vere tanti regni
ſit caput potitus fuerit:quod vt mox contingeret in eorum ma-
nu poſitum eſſe: haud dubitarent nunq; ſe immemorem fore:eos
illos eſſe quorum velut humeris in Regium ſolium deportatus
fuiſſet.Excitabantur his vocibus Centurionum animi:ſed terre-
bat meatus ſubterraneus luce carẽs: adeoq; anguſtus ac depreſ-
ſus:vt nõ niſi ſinguli: iiq; proni & more quadrupedũ genib⁹ ma
nibuſq; reptãtes moueri poſſent.Augebat metũ q; in plenam ho
ſtium vrbem: paucis nec ſatis armatis euadendum erat. quippe
quos nec ſcuta nec Scorpiones ferre:anguſtiæ loci ſinebant.Sunt
qui affirment non prius milites cloacã illam ſubire auſos:q; miſ-
ſus in domum mulieris: qui omnia oculis colluſtraret: fidem fe-
cit fraudem ac periculum procul abeſſe. Ita trecenti ferme mili-
tes prẽmoniti ab Rege quid fieri vellet,clam ad mulierem perue-
nerunt.Ipſe gnarus proximos muros ab iis occupandos eſſe(ne-
q; enim procul domus aberat)orta luce diuerſam vrbis partem
magno clamore aggreditur: vt conuerſis illuc omnium oculis:
vacuam defenſoribus regionem latebris, egreſſi facilius cape-
rẽt. Oppugnatur interim acerrime vrbs,haud aliter q; ſi ſubruẽ
dus murus:& per ruinam irrumpendum foret. Et iam extracta

in aliquantum diei pugna:ſubindignari ſibi Alfonſus cœperat:
q; ignotæ mulierculæ nimis pueriliter fidem habuiſſet: q; Rex
tam multa expertus fœminę dolis circũuentus eſſet. Ferũt tanq;
receptui cani iuberet:dixiſſe eum:nolo vltra homines cædi: cum
ecce in deſtinata parte murorum clamor tollitur:ſignaq; Arago
nea late fulgentia conſpiciuntur.ita eo cunctis accurrentibus:re
uulſa porta: exercitus omnis in vrbem irrupit. Hoc maxime mo
do capta Neapolis eſt anno a natiuitate Ieſu Chriſti domini no-
ſtri Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoſecundo,octauo
idus Iunii:poſtq; in eã Renatus peruenerat anno quarto pauciſq;
præterea diebus.Renatus cum Principibus Gallis & Genuenſiũ
quidam inter tumultum elapſi in Arcem Nouam confugerunt.
Alfonſus ne gloriam ſuam feſtinatione minueret: aliquot di-
es ab acceſſu captę vrbis abſtinuit:donec paratis omnibus quæ
ſpectaculi pompam augere poterant: imitatus antiquorum tri-
umphos: parte murorum diruta: curru ſublimi vrbem ingreſ
ſus eſt. Hæc vbi Genuam perlata ſunt: ne Rex amicus pro quo
ſummos labores & aſſiduos ſumptus Genuenſis populus quatu
or ſine intermiſſione annos pertulerat:in ſupremo periculo de-
ſertus videretur:armari placuit onerarias duas:quæ triticum ac
præfidiũ in arcem deportarent:Regiq; parerent. Eo cum veniſ-
ſent: Antonium Caluum cui multũ pecuniæ Renatus debebat
arci præficit: præmonitum: vt niſi intra conſtitutum tempus
noua ad eum veniant ſubſidia:de arce trãfigat arbitratu ſuo.Ip-
ſe iiſdem nauibus Piſas deuectus:inde Florẽtiam petit:qua in vr
be paucos moratus dies poſteaq; nihil auxilii ad repetendum Re-
gnum promitti vidit:abiecta omni rerum Italicarum ſpe,Maſſi-
liam vnde initio venerat:mari reuerſus eſt.Antonius vbi præſcri
ptum tempus effluxit:pactus cum Alfonſo:acceptaq; ab eo pecu
nia quantam Renatus debebat:arcem tradidit.Per id tempus cõ
factio Thomæ aduerſa magis magiſq; in dies coaleſceret : & ipſe
nulla iam externa ope fultus:mari Alfonſum, terra Philippũ in-

Neapolis capitur.

Antonius Caluus.

fidiantes haberet:cõiuratum est in exitium eius:conuenit vt Ioannesantonius Fliscus contractis nauibus piscatoriis silentio noctis clam vrbem ingrederetur: tũ interiores coniurati correptis armis & copiis eius adiuncti:in palatium publicum impetum facerent.Ea cum serius exequerentur:& ad multorum iam cognitionem res deuenisset:non defuerunt qui omnia Thomæ patefacerent: adeo vt diem, horam, locum, totius demum rei seriem plane didicerit. Difficiliorem ad credendum fecerat eum : q̃ eiusmodi plæraq; multis sermonibus ante iactata:vana expertus erat.Et cum bis terq; frustra timuisse reminiscebatur: creuerat tandem contẽptis rumoribus animi securitas. Cum tamẽ.XVI. kalendas Ianuarias alii aliiq; superueniẽtes affirmarent nocte insequenti irrupturum esse vrbem Ioannemantonium :ea maxime parte quæ diui Nazarii templo proxima collapsis mœnibus nudata per rupes velut gradus quosdam facilem prębet etiam armatis aditum,peruicerunt vt ibi ea nocte custodes locarentur:q̃ cum ad sextam vsq; noctis horam vigilassent:vbi viderunt Afri cum flare: qui venturis obstabat: simulq; q̃ erat immitis frigore nox, stationem deseruerunt. At Ioannesantonius piscatorios lembos armatis cõplet:nactusq; ex Sumia vẽtos (aquiloni nãq; cesserat Africus) tribus horis Camulio Genuam peruenit: & paucis admodum præter coniuratos aduentum eius sentientibus:interiora vrbis clam penetrat.Mox excitata strepitu & clamoribus ciuitate palam fuit & Fliscũ aduenisse:& aduersus Thomam arma corripi.Luce orta cum armatorum globi vndiq; viserentur,primores ciuium qui consilio quisq; auctoritate valebant in Diuæ Mariæ templũ qđ vulgo Vinearum vocant: conuenientes,de publico statu deq; patriæ salute consultant.Terrebat ante omnia Philippus Mediolanensium Dux:qui nullo bello implicitus,Genuæ recuperãdæ omni cura imminere credebatur: cuius rei oblatã ei occasionẽ videbãt:si manẽtib9 dissordiis ciuilibus intra vrbẽ dimicandũ foret. Itaq; legatos ad Thomã mittunt: qui

ostenderent concitato iam ad arma populo:non posse ei sine magna patriæ pernicie victoriam contingere : simulq; conditiones ferrent:quibus rogaretur principatu cedere. Thomas siue spe superuenturi auxilii,siue q̃ impendente graui discrimine prudentis non erat vel admittere temere oblatas leges vel repellere: eas dedit responsiones:quæ nouam rursus consultationem exigerent.Itaq; dum consultando,eundo,redeundo tempus teritur: præceps in occasum dies ferebatur. Tum Ioannesantonius & cum eo armatus populus palatium adoriuntur:nulloq; ausu resistere per ocium capiũt.Thomas cum se in turrim quam Horarii nominãt,recepisset:fide accepta Raphaeli se Adurno dedit:ac mox prius iam tenebris:in Adurnorum ędes deductus est.Postridie eius diei cum principes ciuitatis in ædem diuę Luciæ conuenissent:eoq; accersitus esset senatus:placuit vt sex viri:q̃ i tumultu pauloante nominati fuerãt:sex itẽ alios sibi adiungerent:quos ipsi ex omnibus legissent:simulq; cũ ipso senatu qui duodenario quoq; numero constabat:octo viros in bimestre ciuitati præficerent, quos libertatis præsides vocarent.Re maturata:creati sunt Raphael Adurnus,& ciuilis & põtificii iuris admodum doctus, Ioannesantonius Fliscus ex ordine equestri,Paulus Albarianus, Andalo Malrufus,Lãba Aurius,Baptista Spinula, Meliadux Syluester,& Dominicus Ricius ex Bargalia. Quorum magistratus: cum ipsi inter sese parum concordes essent:vix vsq; in quintum Kalendarum Februarii diem productus est. Nãq; eo die nec sine contentione quidem & armis Dux creatus est Raphael ipse:cuius patruus Antoniotus,& pater Georgius Duces quondã Genuẽsem rẽp.rexerãt:ille diuturnitate principatus illustrior:pater ciuilitate & moderatione memorabilior.Cũ hinc Philippi Ducis insidię:illinc Alfonsi classes & arma suspẽsam metu ciuitatẽ diu tenerent:anno tandẽ millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto,septimo idus Apriles iuncta cũ Rege pax est nõ tã honesta quidem q̃ tẽporibus accommodata:cũ & paruis maria patefa-

Libertatis præsides.

Raphael Adurnus Dux Genuẽ.

ceret nauibus:& annonæ aliarumq; rerum copiam simul ac vtilitatem afferret. Hac in pace cum de aurea patera quotannis Regi mittenda conuentum esset:vt eius animus eo munere delinitus:& memoriam exueret q; deuictus captusq; fuisset: & fœdus attentiore cura seruaret:contra Rex omnia vertit. Nanq; missum donum accepturus:non nisi præscripta hora,præscripto loco afferri sinebat.Stipatusq; procerum & vulgi turba:multisq; ad id spectaculũ velut ad triumphi pompam inuitatis, delatorẽ muneris opperiebatur.Qua indignitate offensis Genuensium animis:ante quadriennium adeo turbata sunt omnia:vt neq; in tempore donum daretur:neq; a mutuis abstineretur rapinis:& manente tamen pacis nomine, cuncta citro vltroq; vt in hostes agerentur.

Aurea patera dono missa Alfõso quotannis.

FINIS.

Iacobi Bracellei ad reuerẽdissimũ patrẽ Ludouicũ Pisanum Ordinis Prædicatorii Libellus de Claris Genuẽsibus.



Etisti a me reuerẽdissime pr̃ Ludouice, vt eos Genuẽses:quos vel ob insignẽ aliquã virtutẽ vel ob egregiũ aliqđ facin⁹ mẽoria dignos putauero:posteritati cõmẽdẽ:p̃teriẽs sane viuentes:ne amori, odio,aliiue affectui aliqd forsitã tribuisse videremur. Facile erat parere pręcepto tuo:si scriptorib⁹ rerũ nr̃arũ paulo diligẽti⁹ cura fuisset ea posteris tradere: q̃ lex ẽt historici postulabat. Sed cũ illis solũ fuisse studiũ videam⁹ nudã veritatẽ seq: & simplici quodã dicẽdi gñe bellorꝝ aliarũq; rerũ exit⁹ mãdare mẽorię(oĩa.n.ĩ laudẽ reip.cõtulerĩt:nec ĩ enarrãda gestorꝝ serie aut iis exornãdis q ea felicit gesserãt:vlla ex pte laborar̃t)nullũ mihi ĩ euoluẽdis ãnalib⁹ nr̃is auxiliũ positũ eẽ putaui.Quã ob causã,eorũ tm̃ noĩa quos vel aliarũ gẽtiũ scriptores laudib⁹ efferũt:vel frequẽs hoĩm sermo adhuc admirat̃ & p̃dicat,quãtũ vna lucubratiõe cõsequi potui,in vnũ corpus redegi. Nolo tñ de populo meo male id suspiceris:qa clarorũ virorũ exiguus tibi numerus oblatus sit.Ille quidem ingens maximusq; deprehẽderetur:si diligenti & otioso homini prouinciã delegasses.Incipiã igit̃ vnde æquissimum est,a pietate & innocentia:in quibus omnis verę virtutis columen ac stabilimentum positum est.

Romulũ,Felicẽ,Syrũ,& Genuẽses fuisse,& Genuensis vrbis episcopos liquet:qui præter vitæ sanctitatẽ:singularesq; virtutes:his etiã prodigiis claruere:vt intra beatorum agmina & cœlestis aulæ principes,digne annumerati sint. Romulus. Felix. Syrus.

Desiderius quoq; natiõe Genuẽsis diuina dispẽsatiõe ex indocto agricola mox Lingonẽsis ep̃us factus:& ꝓ salute populi sui martyriũ passus:tãta sctĩtat fama apud Lĩgones Galliarũ ppl̃m:ex his quos nũc Burgũdiones appellamus,tamq; manifestis miraculis celebratur:vt par fere apostolis habeatur. Desiderius

Sinibaldus Fliscus, Innocen. IIII.

MVltos singulę ſępe virtutes, claros orbi reddidere. In Sinibaldū Fliſcū: eū q Innocētius. IIII. poſtea dict⁹ eſt: ita oēs virtutes natura congeſſiſſe videt: vt neq; oēs enumerare, neq; qd illi defuerit inuenire facile eſt. Singularis tñ prudētia cōſiliaq; humanū ingeniū trāſcēdētia: viā illi nō ad pōtificatū mō, ſed ad gloriā quoq; parauerūt. Nā cū Federicus. II. aſtu ſimul ac viribus formidabilis, īplacabili odio eccleſiā Dei pęrſequeret: defunctoq; Pontifice maximo nemo inueniret quem infeſtiſſimo hoſti digne opponerēt: & ob id Romana ſedes aliq̄diu vacaſſet: admirabiles i hoīe virtutes effecerūt vt oīm cōſenſu pōtifex crearet. Is cū aīad uerteret oēs ſibi exitus p̄cluſos: Petriq; nauiculā maximis piculis obiectā ē: triremes viginti clā Genuę parari curauit: q̄ claſſe Tiberim ingreſſa: ab Roma Genuā puectus eſt. Inde Lugdunū petēs atq; ibi conuentu totius occidentis habito: quo etiā regū quidā acceſſere: damnatū Federicū abdicauit īperio, plurimū illi viriū ſubtrahēs: tantaq; prudentia rebus conſuluit, vt pontificatu ad ſolitam amplitudinem reſtituto: qui velut profugus Gallias petierat: velut triumphans in Italiam redierit.

Ioannes Balbus, Catholicō.

NEc doctrina bonarūq; artiū ſtudia Genuēſib⁹ defuere. Nam & Ioānes Balbus ordinis tui: inter cętera ab eo p̄clare ſcripta: laborioſum opus qđ Catholicon vocari voluit: nō ſine laude p̄fecit. Et

Simon Monachus. Vrſus. Andalo.

Simon Monachus ex Arabica lingua in latinū ſermonē multa cōuertit: adeo qdem docte & elegāter: vt ſi eū tollas, magna ſane medicinę pars ſuis velut inſtrumēt[exarmari poſſet. Vrſus quoq; haud inepto carmine pleraq; cecinit. Andalonē quē de Nigro vocāt: multiplex certe doctrina, ſed Mathematicarū p̄cipue artiū cognitio adeo cōmendat: vt haud ignobilis poeta Boccaci⁹, nūc venerabilē: nūc p̄ceptorē ſuū noīare nō erubuerit. Horū tamē nemo Innocētiū æquauit: qui eo quidē acumine ſcripſit: vt qui legūt, cœleſte potius illi fuiſſe ingeniū prędicēt q̄ humanum.

Innocētius

Obertus Aurius. Aurius Lamba.

BEllicæ rei laude maritimiſq; triūphis plurimi celebrant: e q⁼bus Obertus Aurius: p̄ter hoc q̄ ciuitati ſancte ac iuſte præfuit: Piſanā claſſem: q ppl's gloria rei bellicę terra mariq; pollebat: mira felicitate ſupauit. Aurius Lāba ī ſinu Illyrico bellū gerens deuicta iā ppe Venetorū claſſe: cū nūciatū ei eſſet filiū fortiter dimicātē cęſum fuiſſe: vndis (inqt) eū cōmendate: nobiliſſima eñ ipi ſepultura cōtinget q̄ p̄ pria ſtrenue pugnātē & iā victorē maria ſeruabūt. Paganus & ipſe quoq; Aurius eo memorabilior: Paganus
q̄ cū Grecorū, Aragonēſiū, Venetorūq; vires in vnū contractas Aurius.
haud pcul a Chalcedōe: magna cęde fudiſſet: interiecto poſtea tē
pore eoſdē Venetos ſine cęde ac ſanguine mari expugnauit ac ce Lucianus
pit. Nec Lucian⁹ Auri⁹ ſilētio p̄tereundus eſt: q ſinū Illyricū diu Aurius
populat⁹: cū turpi nihilomin⁹ egeſtate oīs exercit⁹ maceraretur:
quotcūq; illi erāt argētea pocula egērib⁹ dedit. Poſtremo cū remi
gē fame laborātē, & ob id opē miſerabili⁹ petētē obuiū habuiſſet:
fibulā cinguli p̄cidit & inopi dedit. Quib⁹ artib⁹ & audientē imperio exercitū habuit: & pari triremiū numero cū hoſte cōgreſſus egregia victoria potitus eſt.

Nicolaus Spinula.

NIcolai Spinulę facin⁹ eo clarius fuit, q̄ q impar hoſti viribus erat, p viri⁹ artē reperit qua ſupior fieret. Nā cū cerneret claſſē Venetā nūero triremiū lōge p̄ſtare, ſuis in vnū cōtractis iuſſit multarū tranſtra cōuelli: hiſq; iter ſeſe collīgatis effecit vt area cāpuſq; veri⁹ q̄ multitudo nauiū videret. Illas deīde ī frō te collocās ad hoſtiū impet⁹ excipiēdos: & fugā ſimulās: veniētes ſine ordīe Venetos, & paucitatē illā Nicolai cōtēnētes, ita eluſit vt priores ante expugnauerit, q̄ poſteriores opē ſuis ferre potuerint. Hac igit arte p̄fligatis hoſtib⁹: & ſupra viginti triremib⁹ captis: parua admodū ſuoq; cęde: nobilē victoriā cōſecut⁹ eſt.

Gulielmus Embriacus

SEd horū oīm gloria (vt reliqua mortaliū opa) paulatī cōſenſcet. Gulielmi Embriaci nomen ſacra paropſis aboleri nō ſinet. Fuit vir iſte nō animi tātū magnitudīe: ſed quadā inſup expugnādarū vrbiū pritia apprime p̄dit⁹. Itaq; cū exercit⁹ Chriſtiani Paleſtinā peragrarent: & oppugnare Cęſareā vrbē tūc muniſſimā ſtatuiſſent: Gulielm⁹ q Genuēſi claſſi p̄erat: primus oīm mœnia cōſcēdit: ītraq; vrbē prim⁹ penetrauit. Quāobrē capta ciuitate: optio p̄mio⁹ vt fortiſſimo ipſi delata eſt. Ille vaſculū Smaragdinū qđ nūc ī diui Laurē. ſacrario magna veneratōe ſeruan⁹ oīb⁹ ſpoliis añpoſuit nobiliſq; victorię monumētū Gēuā ptulit.

SCio equidē robur ac ꝑualidas vires inter bona corporis non inter virtutes annumerari: quā ob cām nulla mihi cura fuit eos referre:q hac ratione famā sibi pepererūt. Duo tamē exē-pla ideo subiiciā: quia nō tantū corporis robur:sed & animū quo q; respiciūt. Cū Francorū Rex Carolus secundus aduersus Philip pum Artauellū Flandriāq; rebellantē arma sumpsisset: cōparato validissimo exercitu ad id flumē puenit:qđ fines regni Flādriāq; disterminat. Tenebat vlteriorē ripam Philippus instructas acies ostētās:cui satis erat a trāsitu fluminis Regē arcere. Cū vterq; ex ercitus aliquādiu immotus suas hostisq; vires cōspicat⁹ fuisset: nec inueniretur q supare flumē auderet: Nicolaus Ianus vt inui cti roboris ita interriti animi iuuenis,trib⁹ tm̄ sagittariis adsum ptis:prim⁹ oīm ī cōspectu hostiū flumē traiecit. Qua hoīs fiducia terrefact⁹ Philippus:sensim pedē retulit:ac traiiciēdi exercit⁹ Re gi facultatē dedit. Hoc Nicolao lōge robustior fuisse phibeť Pau lus Sylueſter,vl' vt vulg⁹ loquiť Saluatic⁹:q (Rege iudice) equo egregio magnitudine viriū ꝓlat⁹ est. Nā cū Petr⁹ vlterioris Hi-spaniæ Rex inter custodes corporis Paulū haberet:memorię pdi tū est:Regē ad rapidi fluminis ripas deuenisse: equoq; fluuiū in-trare nō ausum desiluisse:Pauliq; humeris:q̄ sonipedis dorso de-portari maluisse. Mira hoīs fiducia:q nobilissimū Regē gestās, nō extimuerit ei periculo se atq; illū simul obiicere:cui deuitādo ne iumēti quidē vires satis esse putabantur.

Carolus secūdus Rex Philippus Artauellus

Nicolaus Ianus.

Paulus Saluaticus

MAgnā maior⁹ nr̄is iustitiæ curā fuisse cū multa alia de-clarāt:tū Pera Caphaq; ignobilia quōdam tuguria, nunc opulētarū vrbiū claritatē equātes testimonio sūt: q̄ ꝓfecto nunq̄ ad id amplitudinis cōtēdissent,nisi iustū illis imperiū cōti gisset. Neq; ego nūc enumerādos puto singulos ꝑsides, q cū his aliisq; vrbib⁹ ꝓfuisset:singulare aliquod iustitię documētū edide re. Paucis eteñ memoratis reliquoꝝ licebit īnocētiā integritatēq; cognoscere. Simō Vignosus cū perdomita insula Chiū vrbē obsi deret:edixerat vt si qs in vineis aut pomariis inuito dño deprhen deret virgis cederet. Cū agrestes ignari quisnam esset Francisci filium eius adolescētē in vineis inuctum patri obtulissent: nullis

Pera & Capha.

Simon Vignosus Exemplum iustitiæ.

ꝑcib⁹ exorari potuit:quin natū vuis a collo pēdētib⁹:flagris cędi iusserit. Idē moriēs testamēto legauit aureos qngētos iter egenas virgines Chias viro tradēdas ī dotis auxiliū distribuēdos: tāti ar bitrat⁹ ea dāna q̄ indigne agrestibus intulisset. Maluit vir ille pa triq; charitatis oblit⁹:se iustū ꝑeratorē:q̄ indulgētē patrē videri.

MAttheus Maruffus belli pacisq; artib⁹ æque memorabilis. Cū præses Famaugustę designat⁹ eēt:audierat eā ciuitatē furtis rapinisq; patere:vrbē ingressus oīa deteriore etiā lo co posita cōperit. Igit̄ nec ꝑfecto vigilū nec alii satis credēs:ipe no ctu obire ciuitatē cœpit:eo quidē cultu vt agnosci non posset:tū vt quēq; obuiū habuerat:percōtari quo iter intēderet:quave cau sa inepto tēpore circūuagareť. Suspectos cruciatus:cōuictos sup-pliciū seqbať. Pauculis dieb⁹ adeo valuit seueritas regētis,vt ple nę ꝑciosis mercib⁹ statiōes:sine vllo custode ēt noctu relinquerēť. Purgata hoc mō ciuitate,vnus superat fur insignis ex eorū nūero q nocturnas excubias in mœnib⁹ agebāt. In eū cū sępenūero insi-dias artesq; parasset:& ille īnoxias man⁹ seruās:oēs eiusmodi do-los caut⁹ falleret:Matthęus postremo haud ignobile palliū pēnes eū dormiētē abiecit: ratus fore,vt ille excitat⁹ pallū asportaret. At ille somno excusso: vt ante pedes suos abiectā vestē cōspexit: paulisper dubitabūdus ac deliberāti similis exclamauit:Quid me toties Matthæ tentas:ac pallium suo loco reliquit.

Matthæus Maruffus.

Furis astu-tia.

ILlud quoq; multorū sermonib⁹ celebratū fuit:q̄ dū mercator qdā Persa,Caphā venisset,Sericū,gēmas,aliasq; ꝑciosas merces secū afferēs:īcautoq; oīa fraude sublata fuissent: ille īsano sil'is vrbem obire:exclamare:Deū atq; hoīm fidē inuocare:oīa fletu q̄ relisq; replere. At Hieronym⁹ Iustinian⁹ cōsul id crimē nō sine sui dedecore latere posse rat⁹:adhibita reb⁹ diligētia furtū detexit:& vocato ad se in ꝓtoriū Persę oīa cū fide reddidit. Tū ille ad domū reuersus:ex lectissimis mercib⁹ ingētia dona ferēs,osculari pedes, gras agere:eūq; iustissimū ꝑdicare:vt vero cōsulē aspernantē mu nera vidit:seq; nō sine magna mercede a Genua Caphā vsq; miś sum eē affirmātē:vt eū reliquosq; ab iniuria tueret:tū demū ī ad miratiohē hoīs cōuersus,exclamare eā vere vrbē tēplū eē iustitię:

Hieronymus Iustinianus.

& q eã regerẽt:vere dignos q orbi ĩperarẽt.Nã sigd ĩ patria tale si bi accidisset,plus ĩ dñm ex recupato furto q̃ in se puẽturũ fuisse.

NEc matronalis pudicitię curã vllí vnq̃ pplo maiorem fuisse crediderim,cui9 rei certissimũ argumẽtum habeo:q nullę vnq̃ vrbes:quãtũuis iniustę ac odiosæ:expugnatę a Genuẽ sib9 iueniunt:in qb9 pudicitia mulieris sũmo studio cõseruata nõ sit.Duo tãtũ ei9 rei lõge tñ diuersa exempla subiiciã.Salagrus de Nigro,nõ is quẽ ætas nostra vidit:sed ille antiquior maritimarũ rerũ gloria insignis:cũ decẽ triremib9 pesset:quatuorq Aragonẽ siũ onerarias naues expugnaret:& estu ac labore fessi socii esurire se ac sitire clamarẽt:rñdit,neq panẽ neq aquã iã sibi supesse. Iust fisse enĩ vt hęc oĩa in mare abiicerẽtur.Itaq si famẽ sitimq explere velint,expugnãdas esse hostiũ naues:q̃ rerũ oĩm copia referta: eẽnt.Tãtũq valuit seueritas ac ptinacia Ducis:vt naues summa obstinatiõe defensæ,q̃ multos pceres cũ liberis & cõiugib9 domũ repetẽtes vehebãt:captæ tñ sint.Parta victoria,primũ oĩm edixit vt mulieres oẽs inuiolatę seruarent:maiusq ipsi tuẽdi pudoris q̃ prędę studiũ fuit.Cõtractis in vnũ fœminis ac ppositis illis custodib9 dũ q̃nã singulę eẽnt pcõtat:forte cõperit ex pceríb9 vnũ:quã vnice amabat vxorẽ:mœstũ ac lachrymãtẽ iugulasse:veritũ ne si mulier elegãti forma in manus hostiũ deueniisset:captiuo corpori illuderetur. Salagrus ira concitus : q ille de se deq Genuensibus tam male concepisset:homicidę caput auferri iussit:mulieresq intactas in terra exposuit.

Salagrus de Nigro.

SEd Salagrus ipse legẽ moresq Genuẽsiũ sancte quidẽ:sed nullo sane captus amore seruauit.At Lichinus Vinaldus vir diuitiis & claritate generis inter primores ciuitatis non posterior:nõ cũ alienígenis,sed secũ ipse & cum amore bellum gessisse videri potest.Nam cum egregia forma matronam deperiret:eiq multos annos importunus fuisset:& illa non in decore sed in pudicitia fœmineam laudem positam esse sciẽs:nunq̃ in eum oculos deflexisset : forte euenit vt vir eius Sardiniæ captiuus in vinculis asseruaretur.Illa cum nec viro ferre opem:nec paruos vltra liberos alere posset:post egestatem diutius toleratam : iuuenem

Lichinus Vinaldus.

ad se vocatum domi excepit: eiusq genibus aduoluta, Statuerã inquit animo,pudorẽ fidẽq quã viro debeo:ad extremũ vsq vitæ sine labe tueri.At qñ egestate premente extrema omnia cum hís líberís perpessa sum,victa malis:me corpusq ac famam arbitrio tuo cõmitto.Tu esurientiũ miserere.Ille dudũ mẽtem castã et nũc in perferenda calamitate fortẽ admiratus,Bonũ inquit animum sume:neq eñ patiar:vt quã amãtis blãditię pellícere nequerunt: sęuitia fortunæ adulterã faciat:omnisq impudici amoris oblitus ad vxorẽ cõuolat:& quę gesta erant refert omnia:vtq mulier innocens ab omni quoq suspitione pręseruaretur triticũ vinũ,pecunias neminẽ pręter vxorem ad eã ferre voluit.Exq ím pugnatore,defensor castitatis eius factus est.

MVltos acceptas iniurias æquo animo tulisse memorię proditum:nec secula quoq nostra adeo virtutum infœcunda fuere:vt hęc æquitas animi in plerisq aspectata non sit.Verum cum alia ratio eorum sit:qui ad deum omnia referentes nõ iniuriarũ modo obliuiscunt:sed acceptis etiam gaudent:expectãtes ab eo mansuetudinis suę prędmia:qui relictę sibi vltionis retributionẽ pollícitus est:alia eorum qui naturalem quandã iustitiã sequuntur:non dubitabo exẽplum illud referre: quod propter ipsam quoq nouitatem rei:ętas nostra sæpe laudauit.Antonius Iustinianus equestris ordinis vir genere & opibus clarus, cum in distributione publici tributi insignem se accepisse iniuriam arbitraretur: haud aliter se domi continebat q̃ si aliquem domestícorum lugeret. Ad quem consolandum cum Lucianus Spinula vir præter splendorem generis: lenitate quadam & auctoritate nemini cedens venisset:Oro (inquit)Antoni ne hanc iniuriã iniquo animo feras.Id cum lõgo sermone bis terq iterasset:Antonius non sine stomacho: cupio ait ex te Luciane prædiscere: qua tu æquanimitate iniurias ferre soleas. At ille nihil permotus,cogito inquit aut me gnarum aut ignarum aliquando iniurias dedisse:ac velut dandi accipiendiq vicissitudo sit: illatis acceptas compenso.

Antonius Iustinianus

Lucianus Spinula.

MIrabit aliqs id nõ imerito. Cũ egregii duces Genuẽſi pplo pfuerint: cur eorũ neminẽ attigerim: preſertim cum ex iis alii inſigni quodã amore in patriã, alii prudẽtia, qdã iuſtitia vitæq; integritate, alii ſingulari quadã moderatione prediti digne laudari mereant: indignũq; ſit eorũ noſa deuitare: qui pro amplitudine patrię, neq; labores neq; pericula ipi deuitarint. Ego ſane haud ignar⁹ ſũ vberẽ mihi ſcribendi materiã ſubtrahi: dum viuẽtiũ iudiciũ reformido: q vel infenſi principib⁹, vel bñficiis ob noxii, veras laudes parũ eqs aurib⁹ accepturi forẽt: nec iudicium ſed affectum vocarẽt aliorũ virtutes referri, alios ſilentio pteriri. Quã ob cauſam ſeponẽdi mihi oẽs erunt: ne ſuſpecta ſcribẽtis fides, famæ eorum quoq; quos memorabimus aliquid officiat.

Othobon⁹ Fliſcus.
Ioannes, Lucas, Ludouicus Fliſci.
Branca Aurius
Grimaldi

NEc eos mihi referẽdos putaui, quos dignitates illuſtrauere. Nã ſi horũ quoq; nomĩa poſteris cõmẽdãda forẽt: quis neſcit Othobonũ Fliſcũ: quẽ poſtea factũ Põtificẽ, Hadrianũ vocauere, res maxĩas inchoaſſe: quas imatura morte pprept⁹ exple re nõ potuit? Ioãnes, Lucas, Ludouicus Fliſci, Cardinales magna rerũ geſtarũ fama in noſtrã vſq; etatẽ celebrant. Brãcę Aurio ſeniori, & huic quoq; poſteriori quẽ regnãtẽ vidim⁹, ĩperio poſſeſſa Sardinia, & opes ppe incredibiles, claritatẽ nominis attulerũt. Quid Grimaldos, qd Spinulas elõq;? qd Cãpofregoſos: qd Bucanigras? Zacharias quoq; & Gatiluſios: quos vel collatę a regibus dignitates, vel adiectę ĩperio vrbes, aut inſignes victorię: non ſine ratiõe nobilitauere? Quos qdẽ oẽs miſſos facio: nõ q illis pclaras defuiſſe virtutes putẽ: ſed q ſcriptorũ negligẽtia: ea q̃ vera ſunt animi bona, parũ pſecuta eſt. Cũ igit nõ tam eos qbus dignitates opes, honores cõtigerũt: laudib⁹ efferri deceat: q̃ qui honeſte illis vſi ſunt: ſcriptoribus ĩputo q viros mẽoria digniſſimos ſubripuerit mihi. Vnũ tñ diuitiarũ exẽplũ: qd vt min⁹ ſplẽdoris: ita verę ſolidęq; virtutis plus habuit: ptereũdũ mihi nequaq̃ putaui. Frãciſcus Vinaldus

Frãciſcus Vinald⁹ oĩm q ſũt, qq; fuerũt Genuẽſiũ diuitias ſupgreſſus eã cũctis in reb⁹ moderatiõnẽ tenuit: vt ĩmẽſę opes & priuati hois modũ excedẽtes: nemini vnq̃ injuriã intulerint: nulli⁹ oculis moleſtę fuerint. Habitauit ędib⁹ neq; ſordidis neq; inuidẽdis:

victu parco: cultu parciore cõtẽt⁹. Ancillarũ famulorũq; tãtũ illi fuit: quãtum mediocris fortunę hoĩ ſatis eſſe ſolet. In hoc tenore vitę vſq; ad extremũ ſeniũ pſeuerãs: adeo caruit inuidia: vt nemi nem vnq̃ ipſi inimicũ fuiſſe dephẽſum ſit. Et ne qs hãc hoĩs moderationẽ tenacitatẽ ſuſpiceť, hic ille Franciſcus eſt: qui id aurũ patriæ largit⁹ eſt: ex cuius fructib⁹ publica debita: q̃ Capituli vulgo dicimus, quotãnis minuuntur. FINIS.

Iacobi Bracellei Genuenſis ad Blondũ Flauium Apoſtolicũ Secretariũ: Deſcriptio orę Liguſticę. 1448. prima Aprilis.

REuerſus in patriã clariſſimus vir Andreas Bartholomęus Imperialis ab ea legatione qua apud Romanũ Põtificẽ aliquãdiu moratus eſt: cũ multa de te nõ ſine magna tui laude ſępius loqueretur: in ſermonẽ aliquãdo incidit ei⁹ hiſtorię: quã tu magno labore nec minore omniũ expectatione ſcribere aggreſſus es. Inter quę ait cupere te: vt Liguriã cũ ſuis populis quiſpiã regionis eius peritus exacte deſcribat: ab eo haud cõtẽnenda laboris portiuncula te leuatũ iri: modo is eſſet: qui quod tibi pſtari optabas poſſet implere. Meq; multa oratione qua plurimũ valet hortat⁹ eſt: negotiũ vt ſuſciperẽ. Ego cũ ſcirẽ huic regioni latiſſimos aliquãdo terminos fuiſſe: quippe cum Piſas in Liguribus conditas, & Apuanos Ligures: quos agri Piſani populos eſſe cõſtat: a probatis auctoribus traditũ legamus, quod q lõge plus admirationis habet: Maſſiliã Pompeius Trogus inter Ligures & feras Gallorũ gentes poſitã dixerit: operis difficultate deterritus pedẽ retuli. Neq; enim quẽpiã ſeculi noſtri quantumcũq; doctiſſimũ virũ ſatis idoneũ putaui: qui vetuſtiſſimas illas orbis diuiſiones iã prorſus abolitas vl (vt ita dixerim) ſepultas: ita poſſit eruere, vt ex illa vetuſtatis caligine in lucẽ proferat quinam fuerint Ligurię cõſtituti fines tũc cũ Apuanus & Maſſi

lienſis inter Ligures annumerabant. Verũ poſteaq̃ ex eo cognoui ſatis fore tibi ſi ora Ligurię quã Plini⁹ & q eã diuiſionẽ orbis ſecuti ſunt: Varo & Macia terminari voluerũt: accuratius deſcribat: haud inuit⁹ laborẽ ſuſcepi: quippe q a te & recte fieri & equũ poſtulari arbitrer: q vniuſcuiuſq; regionis vrbes: populos: flumina cęteraq; memoratu digna: malis ab indigena q̃ ab externo cognoſcere. Erit aliquod pręterea operępręcium: ſi in ea ora: quæ vt fertilitate plurimis: ita ſalubritate amœnitateq; paucis admodũ cedit: plęraq; inuenias: quę tibi res Italicas dicere aggreſſo ſine laude prętereire non liceat. Illud vero ante omnia mihi concedas velim: ne ſi diligentius omnia ſcrutatus fuero, minima perſequi paruiſq; nimium immorari arguar. Aliud enim terrarum orbẽ dicturo proponitur: longe alia lex eius eſt: quẽ vnius tantũ puinę labor fatigat. In quo tamẽ ſi rationẽ legẽq; exceſſero: dum me ornandæ patriæ cupiditas longius rapit: ſcio huic facile amori meo veniam dabis.

Varus fluuius.

Nícea

Villa Frãca

Monachus

Torbia.

Mentonũ

Rochabruna.

A Prouincia igitur Narbonenſi Italiam petituro: Ligurię primus limen aperit Varus fluuius ab Alpib⁹ effuſus: haud procul ab vrbe Nicea mari ſe infundens, nulla re notior q̃ q̃ Bracatam Galliam ab Italia diſterminat. Occurrit mox Nicea oppidum a Maſſilienſibus in littore conditum: Alpes dorſo contingens. Dehinc portus Herculis Monœci quondam: nunc Villa Franca. Poſt hæc Monichus portus vt Ptolemæo placet: nunc Monachus, Genuenſis imperii terminus. Hunc enim vel collem vel ſcopulum cum eſſet incultus: Cęſar Genuenſi populo ad condenda mœnia cõceſſit, annis iam quinquaginta ſupra ducentos euolutis. Imminet Monicho Trophęa Auguſti: duo prope milia paſſuum a littore recedentia in edito iugo poſita: nunc ignobile Caſtellum Torbia nomine, ſola viarum aſperitate memorabile. Sequitur Mẽtonũ & Rochabruna: primũ ipſo i littore: alterũ haud procul a mari caſtellum poſitum: vtraq; ſterilis ſoli, & pter ipſm nomẽ nihil qd referas habentia. Deinde Albũtimiliũ vrbs quõdam populo & latis finibus valida: nunc vel dẽptis vel mutatis paucis literis Vintimiliũ. Hui⁹ latus qua pte ad oriẽtẽ ſolẽ vergit: Rucuba flumine abluit: qd nũc Rodoriã vocãt. Vix mille paſſus ab oppido collis attollit: cui Apio nomẽ eſt: & in colle arx ſita: ex qua prima naſcẽtis Apennini iuga haud procul aſpiciunt. Ab Rucuba decẽ paſſuũ abeſt municipiũ qd Sanctiromuli nominãt: citri ferax: frequẽtibuſq; palmis: quã arborẽ circũiecta oĩs regio neſcit: Romanis etiã Pontificibus haud incognitũ. Inde qnq; milia paſſuũ emẽſo obuia fit Tabia: duo milia recedẽs a mari, exiguũ oppidũ, ſed vitis generoſitate iã nõ obſcurũ: qppe q̃ vini nobilitate qd Muſcatũ vocãt, tm̃ ſibi nomẽ parauerit, vt nõ Cypriis nõ Creticis, nõ Falernis mõtibus inferior putet. Decẽ paſſuũ milia ad Mauriciũ portũ numerant: portũ noĩe veri⁹ q̃ re. Hinc qm̃ vicini populi iura pętũt, fama loctũ celebriorẽ facit. Sequitur Vnelia vallis aliquot introrſus vicis habitata. Mox oppidum Dianæ: nunc Dianum: duo prope paſſuum milia littus effugiens: olea viteq; pariter lætum. Poſt hæc ipſo in littore Ceruum. Dehinc Andoria ex edito vicinum mare deſpiciens, vitiferis collibus vndiq; cingitur. Andorianos fines paruí admodum vici excipiunt. Hos Albumingaunum vrbs opibus ac vetuſtate nobilis: nũc Albinganã: cuius Merula flumen latus verberat: vulgus Centam nominat: q̃ centenis torrentibus augeatur. Hanc vrbem in plano poſitam vix quingentos paſſus ab ora diſtãtem cum validiſſimi exercitus Philippi Mediolanenſiũ Ducis arcta obſidione cinxiſſent: quatuorq; perpetuos menſes oppugnatã cũcta belli mala ferre coegiſſent: conſtantia tandem ac fortitudine populi perterritus hoſtis more fugiẽtis ac victi obſidionem ſoluit. Occurrit poſt hæc Petra, caſtellum in littore poſitum. Deinde Finarium oppidum: a cœli ſalubritate nominatum: abeſt a mari duo prope paſſuum milia: anguſtias vallis claudens: in cuius faucibus ſitum eſt. Eſt & in littore Naulum vrbs portu ac turribus inclyta. Eſt & Vadorum portus. Hinc ſeptem paſſuum milibus Sauona diſtat: vrbs multorum populorum commercio nobilis: nunc diſiecta mole quæ fluctibus oppoſita, portum efficiebat: manca & trunco corpori ſimilis relicta. Hanc Liuius

Vtimiliũ.

Rucubaflumẽ: nũc Rodoria.

Apio.

Sanctuſromulus.

Tabia.

Portus Mauricius

Vnelia.

Dianum.

Ceruum.

Andoria.

Albínganа

Centa flu.

Petra.

Finarium.

Naulum.

Vadorum portus.

Sauona.

Magonis aduentū referēs Sauonā noīauit. Idq; nomē cū ad ætatē vſq; noſtrā perduret: nō eſt facile ratiōe reddere cur Plinius Sabatiū: Pomponi⁹ Sabatiā appellare maluerit. Albiſollā Cellaſq; vicos ignobiles haud procul inde in littore cernimus. Deinde Viraginē oppidū: qđ qdā Vicū virginis dixere. Succedit Vulturū vicus: quem Cheruſa paruus amnis interfluit. Porcifera dehinc vt maior ita violentior amnis: quī amœniſſimę valli nomen dedit. Tum vaſtū & ingēti mole fluctib⁹ obiecta memorabilē portū: frōtēq; ad Africū verſam Genua pādit: vrbs vetuſtate p̄clara: verū reb⁹ geſtis lōge clariſſima: vt q̄ Corſicā, Cyprū, Aſiā, Thraciā, Scythiā, magnāq; oriētis ptē, aut deductis coloniis, aut victoriis ſuis illuſtrauerit: negotio tñ q̄ otio felicior. Cū antiquitatis ſuæ multa ſint argumēta: nō illud ī vltimis habēdū puto: q̄ auctorē ei⁹ nemo ſatis affirmare auſus eſt. Ita ex illis tpib⁹ vetuſtate ꝑpe abolitis: varias de cōditore opiniōes exortas videmus. Quaꝝ illa plurimū habere auctoritatis putaī. Phaethontē claſſe in Ligusticū ſinū ex Aegypto profectū: indeq; Apenninī iuga trāſgreſſum: haud procul a Pado flumine cōſediſſe: relictis in littore nauib⁹ cū Genuo quodā claſſis p̄fecto: hūc ibi oppidum cōdidiſſe: & de ſuo noīe Genuā appellaſſe. Verū qđ de vrbis initio hoīes ſentiāt: cum cuiuſq; iudicio liberū ſit: excidia certe ī obſcuro nō ſūt. Semel a Magone Hamilcaris filio capta ac exciſa eſt: fuſſuq; Romani populi a Lucretio reſtaurata. Rurſus ſexto ſupra q̄ngētos nūc ānō iterū a Pœnis capta ac ꝑpe euerſa eſt. Sed maximis poſt hęc incremētis Dei munere caput attollēs, illis ſępe terrori fuit: & nunc formidini eſt quorū inſidiis cōcidit: p̄ualida nūc viri⁹ ac mari plurimū pollēs, p̄cipē nacta omniū moderatiſſimū Thomā Cāpofregoſum: cuius cū maximę laudes nulli⁹ p̄conio indigeāt: nec eas in p̄ſentia referre animus eſt: & ſi ſit, operis magnitudine deterreri queā. Vrbis oriētale latus Ferior amnis p̄terfluit: quē nūc Biſamnē appellam⁹. Nec tñ vetuſti noīs vſquequaq; facta videt oblīuio. Nāq; amnē minorē e p̄ximis mōtib⁹ p̄cipitatū: q̄ ſe maiori violētius immiſcet: Ferixanū dicim⁹. Hic ſi fluuio quōdā: vt cōiecturis creditē nomē dedit: ex Feriore in Ferixanū verſus, quatuor priores antiq

Albiſolla.
Virago.
Vulturū.
Porcifera.
Genua.
Biſamnis fluuius.

noſ lſas adhuc ſeruat. Inde parui admodū ī littore vici Neruiū Buliaſcū Saulū, & his oībus maior Rechū, poſtea Camuliū. Verū ab amne Cheruſa q̄ ſupra memorauim⁹ aduſq; Camuliū: hoc eſt quatuor & vigīti milia paſſuū: non plana modo, & quæ mari ꝓxima ſunt: verū valles colleſq; longi⁹ poſiti: oīa demū magnificis ędib⁹ decora ſunt: adeo frequētibus: vt q̄ exalto terras petūt: vnā a ſe vrbē aſpici putēt. A Camulio ſinuari Promōtoriū incipit: qđ diuo Fructuoſo ſacrū eſt: cui⁹ tēplū in intimo receſſu poſitum magna veneratione a vicinis populis frequētatur. Id illi pro montoriū Caput mōtiū vocant: arduū ac ſaxoſum in maria pro currit: ſiniſtroq; latere irrūpentes vndas anguſtis faucib⁹ admittens: Delphini portū efficit: q̄ ab incolis dēpta prima ſyllaba quaſi a bonitate noīandus potius ſit: Portus fin⁹ appellaī. Sequitur & alius ab oriēte ſinus quē Rapali noīant. Id valli nomē eſt: quæ intra montuoſa haud ſterilis citriq; ac oleę plurimū ferax vicum eiuſdem nominis haud obſcurū habet in littore. Quinq; paſſuū milia Clauarū abeſt: oppidū ob alia magis q̄ vetuſtate clarū: q̄ꝓpe qđ ante centū & q̄nquaginta annos nōdū mœnib⁹ cinctū fuiſſet. Huc maritimi, huc montani populi plurimi iuris dicēdi gr̄a cōueniūt. Haud ꝓcul inde fluuius Entella mari illabit: quē noſtri Lauaniā vocāt: cui⁹ in vlteriore ripa Lauania vicus eſt: quē clariſſima eoq; familia: q̄ ſe Lauanię Comites dici voluerī: maxime illuſtrem dedit. Ab oſtio Entellę vix quatuor paſſuū milia Segeſtum aſpicim⁹: quā q̄ Ptolemęi dimēſiones ſequunt, Tigulią putāt. Incolę Sigeſtrū noīant. vicus eſt ipſo iu littore: cui obiicit inſula tenui admodū riuulo a cōtinēte auulſa: ea ꝓruptis vndiq; rupibus quaſi muro tuta ab omni terrę mariſq; incurſione ſecuros incolas habet: gemino portu dextra lęuaq; acceſſibilis. q̄q̄ q̄ ad portū vergit tutior veriorq; portus eſt. Huic cōtermina ſunt Monilia: quā noſtri Moneliā dicere maluerūt: in duos vicos diuiſa: nihil qđ referas præter vitiferos colles habēt. Monilianis finibus Framula occurrit: quā ob lapidoſos & aſperos calles: quaſi Ferramulam dictā puto. Ea in aliquot paruos vicos diſtincta vinetis vndiq; ambit. Hinc paruo interuallo Leuātū abeſt: municipiū nobile

Neruium
Buliaſcum
Saulum
Rechum
Camulium
Sanctus Fructuoſ⁹.
Caput mōtium.
Portus fin⁹
Rapalum
Clauarum
Lauania
Segeſtum
Monelia
Framula
Leuātum

Quinq; Castellorũ nomina.

magis q̃ vetustũ, irriguis vallib⁹ & apricis collibus amœnũ. Inde in ora Castella quinq; parib⁹ ꝓpe interuallis inter se distãtia: Mõsruber: Vulnetia, quã nũc Vernatiã vulgus nomĩat: Cornelia: Manarola: Riuus maior, nõ in Italia tãtũ, sed apud Gallos Britãnosq; ob vini nobilitatẽ celebria. Res spectaculo digna, videre mõtes nõ decliues modo: sed adeo p̃cipites: vt aues quoq; trãsuolãdo fatigent: saxosos: nihil humoris retinẽtes: stratos palmite adeo ieiuno & gracili vt hederæ q̃ viti similior videat̃. Hinc exprimi vindemiã qua mẽsas regias instruam⁹. Riuũ maiorẽ trãsgressos excipit Portus Lunę: a scriptorib⁹ quidẽ sed parcius q̃ decuit celebratus. vastis faucib⁹ sese pãdẽti, multisq; reflexibus tortuoso insulã natura obiecit: quę illũ ex Haustro & Africo tutum p̃stet. In qua tẽplũ est diuo Venerio sacrũ: a quo vetusto noĩe abolito Portus Venerii, vel vt plures loquunt̃ Veneris appellat⁹ est. Fugiunt introrsus terrę qnq; passuũ milia: quã lõgitudinẽ portus latitudo quoq; adęquat. In occidẽtali ꝓmõtorio oppidũ est a portus noĩe dictũ, Genuẽsis ppl'i colonia, idẽq; imperii quõdã termin⁹: cui⁹ in aduerso Ilex est castellũ, vel ex hoc celebri⁹ ꝙ vt illud Genuẽses ita hoc Pisanos quondã fines terminabat. Recessus interior Spediã habet: nouũ oppidũ, citra. lx. annos muro circũdatũ. ea p̃sidi sedes cõstituta est: ad quẽ qcqd litiũ orit̃, a remotiorib⁹ etiã populis defert̃. Promõtorio Lunẽsi ab oriẽte port⁹ claudit̃: qđ pręterlabitur Macra fluuius amœnus, piscosus: & ꝙ Liguriam ab Hetruria secernit: haud ignobilis. Vt Ligurię ita opis nr̃i finis. Nam populorũ vrbiũq; lõgius ab ora recedẽtiũ illis descriptionẽ relinquẽdã putaui: quib⁹ vel eas terras incolere, vel aliquãdo pagrare cõtigit. Tres omnino id mare insulas habet, scopulo q̃ insulę similiores: vnã Alboingauno aduersam: quæ pauidas sępius naues a clade seruauit, aliam Naulo, tertiam Lunensis portus occidẽtali ꝓmõtorio ꝓpe annexã. Ligusticæ orę longitudinẽ a Varo ad ostia Macrę cũ vndecim supra ducenta milia passuũ veteres prodiderint: non vltra centum & octoginta a nostris esse traditur.

Port⁹ Lunę

Portus Veneris.

Ilex castellũ

Spedia

Macra fluuius.

Insulę tres.

Lõgitudo & latitudo orę Ligusticæ.

Finis datus est ad laudem Dei.

Epistolas quasdã pręstãtissimi Domini Iacobi Bracellei Genuẽsis, quas dispersas inuenimus, hic ordinatim scripsimus.

Iacobus Bracelleus Francisco Spinulæ magnanimo atq; pręstantissimo viro, Salutem plurimam dicit.



Vm nihil minus cogitarem q̃ vt ad te scriberẽ: superuenerũt literę tuę, q̃ admonẽt vt ĩterdũ literaꝝ aliqd ad te demus. Ego cũ sciã oĩa me tibi debere: nõ possum q̃licũq; voto tuo nõ obtẽperare q̃q̃ dũ aĩaduerto hãc epistolã multorũ manus ꝑuagaturã esse: video arbitriũ illud debere libere scribendi esse mihi omnino adẽptũ. Scribã igit̃ non quẽadmodũ fieret si soli tibi sine arbitro loquerer: sed vti natura rei & tẽporũ cõditio patiunt̃. Scio multos ad te dedisse mœstas literas & luctibus plenas: ego vero nõ modo mœstus nõ sum, sed gaudeo: ꝙ audio oĩa te ꝓ dignitate tua facere, & calamitatẽ hãc magno atq; elato animo ferre. Si iocũda mihi est gloria tua (Illa dico vera & solida q̃ virtuti semp innixa est) qd erit cur q secũdis ĩ reb⁹ liberalitate ac modestia tua lętari solebã, idẽ ip̃e nõ lęter hac magnanimitate & fortitudĩe animi tui fortũę ĩpetũ cõtinẽt? Fallit̃ qsqs existimat nõ posse nisi in lętis rebus gloriã parari. Vera gloria (q̃ nisi a virtute ꝓficiscit̃ gl'ia nõ est) magis elucet aduersante q̃ blãdiẽte fortuna. Attilii Reguli nomẽ magnis laudibus celebratũ est: si verũ excutias, nõ tã illi glorię datũ ꝙ bis Pœnorũ acies victor fudit: q̃ ꝙ maximã calamitatem maximo animo tulit. Alioquin nõ a virtute, sed a fortuna gloria petenda esset. Nec gloriosus Cato quia victus: nec gloriosus Socrates quia dãnatus. Abiiciẽda est igitur vulgi opinio: & dũ veritatẽ rerũ exquirimus, non quid illi, sed qd rationi placeat, cogitandũ est. Felicissimi plerũq; a sapiẽtibus iudicati sunt quos vulgus miserrimos appellabat. Rursus qui vulgo felices iudicantur, sæpe maximis miseriis obrutos esse paruo labore cognosci potest. Ego facile dixerim: non posse illi verã gloriã

cõtingere q nũq̃ aduersante fortuna nõ potuit experimẽtum sũi facere. Quãobrẽ nõ videor mihi iepte gaudere: si virtutẽ tuã quã nullę vnq̃ potuerũt insidię arridẽtis fortunę resoluere: nũc sciam minantis fortiter resistere. De nobis autẽ nolo te esse solicitũ qua si orbati prędentia tua in luctu maneam⁹. Nã q̃diu videro illustrẽ fœminã cõiugẽ tuã: optimę indolis natos, germanũ, sororesq;, & præterea tantũ amicorũ: nũq̃ te ereptũ putabo. Poterã in solatiũ tui multa scribere ex philosophorũ sentẽtiis delecta: qb⁹ intellige res & humanarũ rerũ instabilitatẽ: & quę vulgus maxima credit mala, nõ modo nõ esse maxima: sed nec etiã mala. Sed cũ sciã hinc altitudinẽ ĩgenii: inde animi tui robur: nolui supẽruacaneũ opus aggredi. Scio enĩ te nec cõsolatore indigere: nec his rationibus cõ memorãdis opus esse: quas tu per te probissime nosti. Illud vtinã liceret mihi: vt te scilicet certiorẽ facerem earũ rerũ quas magnis artibus & maiore conatu agitari video: agnoscere q̃ ꝓpinquus esset captiuitatis tuæ terminus: & plærasq; quæ proculdubio per iocũda forẽt tibi. qđ quoniã nequeo: te oẽs oramus obsecramusq; bono vt aĩo interea sis. Ex Genua. X. Cal. Ian. MCCCCXXXI.

Iacobus Bracelleus Ioanni Iustiniano. S.P.D.

QVã graui vulnere pcussus sis cognito acerbo funere opti mi iuuenis Iuliani filii tui: nemo eorum ignorare põt q te illũq; nouerũt. Ego qdẽ ita cõsternatus aĩo sum: ita mẽtis inops factus: vt qd agerẽ, qd loquerer nõ haberẽ. Subibãt animũ multiplices cogitationes: sed ista prędipue, magnę indolis iuuenẽ in ipso ętatis flore prereptũ esse, q vt parẽtibus pius atq; obedien tissimus filius: vt suis fidelis amicus: vt oĩb⁹ equus fuerat: ita pa trię putilis ciuis futurus iure optimo sperabat. Hanc ego calami tatẽ tam iniquam tam grauem esse ducebam: vt nullo gemitu nullis lachrymis posset æquari. Et si multos annos flendo dies no ctibus iungerentur: pro magnitudine tamen iacturæ parum la chrymarum effundi iudicabam. Verum postq̃ me ipse collegi: & ad rationem animum reuocare potui, cõsiderare cœpi nihil esse qđ frequẽtius audiamus q̃ hominum mortes: & horum quidem longe plures esse qui in adolescentia aut iuuentute rapiantur q̃

qui senectutẽ deficiãt. Hãc legit ideo ęquã esse, qa ab ęquissimo re ctore omniũ Deo lata est: & q̃ non in hos aut illos: sed in oẽs qui sunt, quiq; fuerũt, ac futuri sunt, statuta est. Ita vt nemo prorsus ea solutus sit. Nã quicqd paucis accidit, etsi nõ oĩbus accidit, po tuit tñ oĩbus accidere. Cũ vero ad rapidissimi tẽporis fugã mẽtẽ cõuerti (qđ velut vmbra ac somniũ trãsuolat) cogitaui q̃ parũ in ter illũ interfit q octogesimũ annũ senex impleuit: & eũ qui nat⁹ mox sepultus est: nisi q̃ hic humanarũ miseriarũ nesci⁹ celeri cur su portũ tenuit. Ille diu iactatus fluctibus: doloresq;, ac morbos, metus, solicitudines, & mille corporis atq; animi ęrumnas exper tus: vix malis suis finẽ cõsequi potuit. Q̃ q̃ nõ ignoro hãc ab illis rationẽ irrideri, q diuturnitatẽ vitę inter humana bona numerãt: quãticũq; voluptates faciãt: rationẽ tñ nõ poterũt cur funeri la chrymas debeamus. Nã cũ aliqs subtractus est, si iacturã fletu re parare possumus, oẽs fleãt: oẽs vndiq; lachrymas cõquirãt. Idq; si satis nõ est, cõducamus precio q ploratu ac vociferatione cũcta re pleãt. At si lugẽdo nihil proficimus, cohibẽdę ꝓfecto sunt inanes lachrymę q̃primũ se dolor sinit ratione tractari. Neq; tñ hoc dico facile fieri posse, vt in distractione charissimorũ siccos oculos ha beamus. Verũ postq̃ primus doloris impet⁹ modestas lachrymas fuderit, reuocãdã esse rationẽ, & excludendũ affectũ qui sua sede rationẽ expulerat. Innumera ꝓpe occurrebãt illorũ exẽpla q qua die filios extulerũt, ad curiã & munera publica reuersi sunt eo q̃ vultu vt nullũ mœroris vestigiũ apperet. Hi nobis documẽto sunt ingẽtẽ etiã dolorẽ rationi cedere: nec eã posse ex arce sua de turbare. Hęc cũ ego aĩo versarẽ, venit in mẽtẽ illa Christianę veri tatis sentẽtia: qua me in aduersis rebus sępe cõsolari soleo: hoĩem opus & creaturã Dei esse. qđ qdẽ nõ Christian⁹ mõ, sed Hebręus Mahumeticusq; oĩsq; religio ac secta cõfitent. Q̃ si Dei creatura sum⁹: merito & dispẽsatio ei⁹ sumus. Nã nemo est q magis hoĩem diligat q̃ ille q fecit: nemo rursus q vitã actionesq; nostras melius regat, q̃ ille q fecit & diligit. Quo fit vt qcqd nobis euenerit, siue aduersum illud seu prosperũ, voceť æquo animo ferẽdũ sit: tãq̃ a Deo missum: q qa nos fecit ac diligit, saluti vtilitatiq; nostrę opti

me consulit. Nã opinionẽ eorũ qui multa nobis casu euenire putauerunt, explodit veritas ipsa Iesus Christus: q ad solamẽ nostrũ testatur: capillos om̃es capitis nostri numeratos esse: & auiculam vnã Deo nõ esse obliuioni. Hoc igit̃ testimonio æternæ sapientiæ ac veritatis confisus, audeo dicere Iulianum nostrum ex hoc corporis carcere ab eo vocatũ a quo & fact⁹ est & summe diligebat̃, nequaq̃ lugẽdũ fore. Nã si saluti animę suę cõduxisset diutius viuere: nũq̃ ille vitã eius interrupisset, in cuius manu mors & vita erat. Nec est profecto cur nos desiderio eius excruciemur: nõ enĩ a nobis ablatus est, sed in eã patriã præmissus ad quã oẽs festinamus: vbi eũ visuri sumus: & quidẽ felicẽ & securũ, & ęternis gaudiis perfluẽtẽ. Scio nihil minus expedire q̃ vt rogeris aĩæ eius auxiliũ ferre. Nã q viuẽtẽ illũ tenerrime amasti, animæ curã ꝓfecto nõ negliges. Verũ quoniã audio nõdũ Gręcis persuaderi potuisse locũ esse purgãdis animab⁹ cõstitutũ: nec ipsi quoq; euãgelistæ vllã purgatorii mentionem satis explicite fecerunt: plerosq; super esse puto qui sacerdotum commenta suspicantur ea oĩa quæ pro iuuãdis animabus facere monemur. Quo in errore cũ aliquãdiu & ipse versarer: explicuit me & ad veritatis lucẽ deduxit omniũ Sibyllarũ clarissima beata Brigida: quę nõ solũ triplicẽ purgatorii stationẽ & aĩarũ cruciat⁹ ꝑspicuis verbis descripsit: sed etiã plerasq; aĩas sibi cognitas ibi torqueri cõspexit: & q̃bus auxiliis iuuari possent diuinit⁹ monita fuit. Quod ideo dixisse volui: vt siqd esset quod te in hac materia legere iuuaret: scias reuelationes eius hic esse penes me: quib⁹ arbitrio tuo vti possis. Vale: & quo plus sapis quoq; plus roboris habes: eo optimam cõiugem tuã attentius cõsolare. Ex Boliasco. die. XIIII. Aug. MCCCCXXXVIII.

Iaco. Bracelle. magnifico dño & viro clarissimo Bla. Ax. S. P. D.

CVm ego pro ingenti illa comitate & humanitate in me tua maximas tibi gratias haberẽ: & quãdo q̃dẽ referre nõ possũ: saltẽ vt agerẽ cogitarẽ: accessit huic beneficiorũ cumulo iocundissima liberalitas Franci tui. Nam vbi primũ Serrauallem ingressus sum: is obuius factus, me deduxit in diuersorium. Ibi destratis equis, curã eorũ ita egit: vt iubere quodãmodo videretur

stratores otiosos sedere, se ꝓ illis vicariũ pollicens. Parauit & lautam cœnam: vt suaui sermone: ita ferculorum varietate festiuã. Cui pręter Fuluũ & Puniceum vinum, & quidẽ multiplex: Muscato etiam mẽsę instructę sunt. Nam qđ Pulicũ vocare soles, vt fit cum dolia exhausta sunt: acetum corruperat. Nolo cœnam ita describere ne vel me inter seruientes ventri numeres: vel qđ non sum, otiosum putes. Hoc dico: ne illi quidem conuiuio fungos defuisse. Sublata mẽsa in pomariũ deductus sum. Inde in arcẽ perreximus: vbi tria potissimũ summa cũ voluptate multũ ac diu contemplatus sum: situm loci natura munitissimum: prospectum latissime patentẽ: & egregias quas moliris structuras. Post ea vero q̃ in me omni beniuolentię & comitatis officio functus est: oppido excessi in patriam properans. Ibi & ad principẽ & ad magistratus multa de te summa cum laude elocut⁹, effecisse mihi videor: vt siqui falsis de te opinionibus tenebantur: facile sententiam mutauerint. Inter quæ comperi omnẽ illum strepitum q̃storũ cõsiluisse: neq; Heliano neq; cuipiã alteri pro te molestias iam vllas inferri. Pro Baptista Amadeo paruo negotio bimestrẽ saluũconductũ impetraui: priusq; q̃ elabatur: ea facilitate prorogabitur: qua impetratus est. Hæc volui ex me potius q̃ ex altero cognoscas: primum vt Francum tuum vt par est commendes deinde vt oẽm exuas ægritudinẽ siqua animo inerat tuo ex nimia acerbitate quęstorũ. Nec silebo pręterea quod a te mihi pręstari cupiam. Difficile dictu est q̃ me oblectauerint carmina illa in honorẽ virginis ab illo Senensi Simone excogitata: q̃ festiuissimi pueri Domini Antonii Pisaurani eleganter in conuiuio recitarunt: siue illa ex se eiusmodi sunt vt animum affectumq; mouere possint: siue puerorum indoles suauitatis nonnihil adiecit. Ob id oro te Stephanine prouinciam deleges: vt ad me q̃primũ deferantur q̃ emendatissima. Interim vale: meq; Dominę Pometę commẽdatum adnixius face. Ex Genua. die decimanona Maii. Mccccxlv.

Epistolæ sequentes quib⁹ nomen Iacobi Bracellei non præponitur, non sunt eius nomine datę, sed quia ab eo dictatę & scriptæ credunt, Bracelleanis interserentur.

LEgim⁹ Beatissime Pater & Domine nobis colēdissime, literas sanctitatis tue. xxiii. die Maii superioris datas. Legimus itē exēpla lr̄arū reuerēdissimi Dñi Cardinalis sancti Sixti: quas ex Vngaria. xvii. die mensis Aprilis missse videtur. Ex his cognouimus quanta sit sereníssimo illi Regi spes reposita in classe sanctitatis tuę: q̄q̄ cupiat eam, littora terrasq; Turcarum mox incursare. Nobis multa cogitantibus verba profecto desunt, quibus studium ardoremq; sanctitatis tuæ ad fidei defensionem digne extollere satisq; laudare valeam⁹. Quid enim addi posse dicemus tanto animi feruori, qui erogatis auro, argento, gemmis, seipsum cupiat pro suo grege in captiuitatem dare? Verum quoniam hæc pia animi tui conscientia in Deo requiescens, humanas laudes aspernatur, missa hæc faciamus. Q̄d nos respicit Sanctissime Pater, non est ignotum sapientiæ tuæ, hanc rempublicam etiam prius q̄ Mahumetus Constantinopoli potiretur, non exiguum Turcici belli pondus subisse: ex eo omni tempore nauibus, viris, armis, tritico, vrbibus Pontici maris succurrere cœpimus: virq; vnq̄ postea eiusmodi sumptus cessauit. Posteaq̄ autē a conspectu beatitudinis tuę redierunt legati nostri: quum Rhodus, Chius, Lesbus, aliæq; vrbes & insulæ, manifestis periculis obiectę viderent: pter Ponticarū vrbiū curā: ad has quoq; terras cōfilia conuertere necessarium fuit. Itaq; naues duas cum viris citer quingentis, armisq; & instrumētis bellicis Chium misim⁹, vnā Mitylenen cū ducētis armatis & oī telorum armorūq; gñe. Tritici autē tantū cōuexim⁹ Chium: vt si vel Rhodii vel alii vicini populi esuriant, inde fami eorum succurri possit. Capham autem & ad alias Pontícas vrbes duas item misimus alias naues, magnā frumentorum vim ferentes: quarum altera omnium quę mediterraneum mare sulcare solēt, maxima, fulmine icta, malo & antennis coambustis, facta inutilis est, ingruitq; necessitas

aliam loco eius quærere, quæ in Pontum penetret, & onus incensæ non sine nouo & graui sumptu illuc perferat. Hæc quisquis recte cogitare voluerit, licet ingens aliqua & hosti formidabilis classis a nobis comparata non sit, inueniet tamen nos hoc longo & assiduo bello, tot naues, tot viros armasse, tantum pecuniarum profudisse, vt longe minore sumptu prævalida classis parari potuerit. Lætamur classem sanctitatis tuę nūc solui, & oriētem petere: q̄ vtinam Calēdis Maiis (vt fama erat) in Asiam peruenisset. Fouisset enim bona spe Christianorū animos: quorum quidā perterriti, abiecta spe occidentalium præsidiorum pacem cum Turcarū tyranno agitare ferunt. Nos beatissime pater q̄q̄ diuturni belli mole defessi, non definemus tñ terris & insulis quas nostrauimus, opē ferre q̄diu vires suppeditabūt. Et si reges ac populos Christianos beatitudo tua in vnum consensum adducet, præclaram aliquam magnificāq; expeditionē aduersus Turcas parare, annitemur profecto spei quā de nobis sanctitas tua cōcepit, respōdere: nec promptitudine vel ardore cuipiā cedere: qui nos nostraq; omnia benignitati tuę propēsius cōmendamus. Data Genuę. MCCCCLVI. die. XI. Iunii. Sanctitatis tuę filii & cultores obseruantissimi Petrus Dux &c. & consilium Genuense.

Præclaro ac celebratissimo Iuris vtriusq; doctori domino Rolando a Curte patri cum primis colendo.

QVod magnis laudibus præclare ac celebratissime vir pater q; colende, dñm Antoniū meū immo tuum attollis: q; eum perdoctū in vtroq; iure prædicas: id totū humanitati ac beneuolentiæ tuę attribuendū puto: quę quoniā eū semp peculiariter dilexit, nescit de eo loqui sine laude. q̄q̄ si talis esset qualem literæ tuæ testantur, laudes eius aut totæ aut fere totæ tuæ forēt: sub quo profeciſſet. Sed qualiscūq; est, scio eum magnopere paternitati tuæ esse deuinctū: qui neq; in amore neq; in doctrina illi vnq̄ defuisti. Ex quibus recte ac more grati hominis facit q; nomen tuum celebrat, q; de te nūq̄ sine maximis laudibus sermonem habet. Ego vero qui ab ipso initio semper lætatus sum tam celebrem ei præceptorem contigisse: quicq; in me collatum puto

quicquid curę ac ſtudii in eum contulit humanitas tua, me plurimum bonitati tuæ debere profiteor, deferens me meaq; omnia in omne tps cupide parata in cõmoda & dignitates tuas. Genuæ XVII. Calẽ. Octo. MCCCCLVI. Iacob⁹ a Bracellis tuus vti filiꝰ.

Rex Aragonum & vtriuſq; Siciliæ &c.

QVi vos fortaſſe non norint, o Dux Balięq; prędes (ſi mõ aliqui in terris vitam agunt qui vos non norit) potuerũt ii quidẽ ex literis veſtris, metu aut admiratione aliqua afficí: ego vero qui totiens iactantiam veſtram, totiẽs leuitatẽ atq; perfidiam expertus ſum: non ſolum quod ſcribitis neq; magnificio neq; formido: ſed is potius ſum cui facere videamini quod impudica mulier ſolet: quæ ſi ſemel pudorem ex animo abiecerit, poſtea in caſtas probaſq; obiectare adulteria non deſinat. Etſi vobiſcũ verbis cõtendere cõſiliũ nõ ſit, reſpõdebo tamen abunde ſatis pro tempore literis veſtris: quo mortales atq; immortales omnes intelligant me nequaq; bellum contra nationem Genuenſium in præſentia ſuſcitaſſe: cum qua & amice & beniuole viuere perpetuo, niſi nobis publice fiat iniuria, decreuimꝰ. Immo vero pro ciuitate Genuenſi, ideſt pro optimatibus ſummiſq; viris ac ciuitatis flore, qui veſtra vi atq; opera extorres degunt, nos contra fœdifragos triremes noſtras immiſiſſe: p inquã quos multis antehac experimentis inſpectos ſciremus firmos ac cõſtantes publice & priuatim in propoſito perſtitiſſe, humanitatem atq; iuſtitiam colere conſuetos: quoſq; haud dubie ſperemus: ſi noſtris auſpiciis, noſtraq; ope in vrbem reſtituti rempublicam capeſſant: mellius fidem, gratitudinem, fœdus, pacem, & decus omne nobiſcum ſeruaturos. At primum omnium ſiqua vobis rerum præteritarum memoria extat: primam & ſecundam inter nos pacem veſtra auaritia atq; pfidia violatam inuenietis. Sed vt nimis vetera omittamus, & ad hæc recentiora de quibus querela & controuerſia eſt, veniamus: precibꝰ veſtris demũ factũ eſt vti Caliſtus põtifex nos ad inducias, ſeu vt vulgo dicit treugã vobiſcũ ineũdã cõpulerit. Quę reſtãt ſi parũ duratura p veſtris moribꝰ mihi videbat, tñ Põtifici dño noſtro potiꝰ parere volui q̃ de fide veſtra pa-

rum confiſus videri. Sed neq; illud prędertim Gotardo dictante iactare debuiſtis, pacẽ ſcilicet inter nos factam conſilio & pcibus Põtificis mei. Aderat quidem Gotardus ipſe tunc legatus veſtri: cũ Epiſcopus Atrebateñ. cõi oĩm legatorũ noĩe diſerta quidem oratiõe me oraret: vt Genuẽſes quoq; ĩ vniuerſalẽ pacẽ ſuſciperẽ Cũq; ego reſponderem Genuenſes pro ſua perfidia pœna potius q̃ pace dignos videri, exclamaſſe Gotardũ (qui nõ viderit, genibꝰ prouolutũ!) tua nos ſaltẽ clemẽtia o Rex humaniſſime cõi hac pace dignos efficiat. Factę igit pcibus Gotardi, ſed interuentu pontificis induciæ: fœdus ictum. Cum id Pontificis ſaltẽ auctoritate aliquãdiu ſuſtentari poſſe exiſtimarẽ: prędidiũ qđ in terra Corſica habebam reuocaui. Vos interim occaſiõe oblata oppida quę illic regia domus noſtra poſſederat, vt erant propugnatorũ vacua, occupaſtis: præfectos & populares noſtros fœdiſſime trucidaſtis, pacem de pontificis ſinu adhuc calentem extinxiſtis: fœdera, iuſiurandum, fidem, pietatem, religionem, pro nihilo æſtimãtes. Inter hæc eriã naues nõnullas ſubditorũ noſtrorꝫ nihil hoſtile metuentes cepiſtis, diripuiſtis, abduxiſtis. Quibus de rebus cum ego per Frãciſcũ Caſtelletum legatũ noſtrum, & itẽ per Bernardum præfectum claſſis noſtræ apud eos ſępius quererer: necnõ apud Põtificem per Solerium nobilem theologum: ita vbiq; ſuper ea re negligentes extitiſtis, vt lętari atq; exultare potius malo q̃ illud vel le corrigere videremini. Nam quas friuolas & ineptas excuſationes aut rectius prędtigias affertis, magiſtratum quẽ vos diui Georgii cognomento appellatis huiuſmodi facinus patraſſe, non vos, quaſi caput ad ventrẽ culpã reiiciat, venter ad caput: facitis ſane vt ſacerdos ille Herculis apud diuũ Auguſtinũ q ſolꝰ vtraq; manu alternãte, dextra qdẽ p ſe, lęua velut p aduerſario teſſeris ludebat. Num itaq; nos temere aut repẽte (vt dicitis) contra vos triremes immiſerimus, qui toties per Soleriũ, toties per præfectum noſtrum, toties per legatum noſtrũ qui apud vos adhuc agit, damna illata a vobis fruſtra repetiuerimus, ſtudentes quãtum in nobis eſſet, amicitiam etiam cum improbis ſeruare: ſi modo compilationum aut errorum illos aliqñ pigeret pœniteretq;

Illud autem admirari satis non possumus, quomodo Turcarum pericula nominare vos non pudeat: quippe qui probe scire debeatis: quo de genere Christianorũ sint, qui prius illos ex Asia in Europã onerariis nauibus precio & singulari auaritia adducti, deuexerunt, quive vbiq; terrarum conatus omnes Regum Ducumq; Christianorum pro posse subuerterint, subuertãtq; quotidie, Mahumetanis arma, tela, tormenta, commeatum cõtra ius fasq; suministrando. Rursum & hos nosse debetis qui nũc cum Turca contra Christum perpetuo fere coniurantes expeditionem nostrã quantũ in ipsis est impedire conentur. Nã per immortalem Deũ quid aliud est pacem inter nos initam frangere: q̃ Turcarũ causam agere: q̃ Christum abiurare: q̃ Christianorum omniũ exitiũ optare? Viderit Christus ipse cuius causa agitur, nos semel atq; iterum pacem Italiæ summa diligentia procurasse, atq; firmasse, cum ob alias causas, tum vel maxime quo Christianorũ in Turcas faciliores essent conatus, atq; animi alacriores. Qd quoniã per vos nunc o Dux octoq; viri Genuenses disturbatũ iri palam est: in vos igitur conatus nostri velut in Turcas exortos in Italiam conuertantur oportebit: nec prius ab incepto destituri sumus: q̃ vos Christo ipso bene adiuuãte supplices nobis reddam⁹. Nec minus Christo duce & in Turcas Asiaticos expeditionem quam semel suscepimus: vobis inuitis executuri sumus: palamq; facturi nos ea tantũ cupere quæ facile assequi aut capere valeamus. Postremo nos haudquaq̃ præterit victoriã alternam rẽ esse nec hominum potentia: sed Dei optimi maximi arbitrio constare Idcirco accidisse aliquando, vt ab inualidis fortiores vincerentur, plures a paucioribus. Vos cõtra latere nõ debet fortiores vt plurimum victores euadere solere: si iustam præsertim Deoq; acceptam causam sustinent. Q; si victorię alicuius recordatio vos subiit, memineritis simul & in ea fœderis violati, vt quãtũ ex victoria lętitię, tantum ex pfidia mœstitię cõtrahatis. Posthac vero vobis persuasum sit, non dolo aut perfidia amplius, sed armis ac iustitia vincẽdũ esse. Data in Castello nouo nostro Neapoli, die. x. Augusti, M.cccclvi. Antonius Panormita.

Dux Genuen̄.&c̄.Regi Aragonum.

INfinitas prope a te pręclarissime Rex, pacis belliq; temporibus accepisse literas meminimus: eam quidem verborum moderationẽ habẽtes: vt liquido appareret eas & a Rege & a moderatissimo Rege pfectas esse. Hę vero quas. x. Augusti die datas nuper legimus: adeo ab illis omnibus degenerant: vt si tuũ nomẽ tollas: asseuerandũ sit, eas neq; tuę maiestatis esse, nec ciuilis alicuius viri. Tãto enim studio hic eius operis architect⁹ vecordis in maledicẽdo facũdię gloriã affectasse videt vt qd quõq; loq Regẽ deceat oblit⁹ sit. Nos vero quos falsas admodũ obiectiones diluere cogis: ita cãm nostrã agem⁹: vt quẽadmodũ veritate ac iustitia, ita sermonis quoq; modestia, maledicentẽ superemus. Obiicitur ante omnia priorẽ secundãq; pacẽ a nobis fuisse violatã. Cui⁹ criminis qm̃ neq; rationes neq; argumenta vlla in medium afferuntur: hoc dixisse sit satis: nos assiduas temporibus illis ad excellentiam tuam querelas detulisse: cum triremes tuæ in spolian dis amicis & hostibus nullum discrimen haberent, & orasse ad alicuius communis amici arbitrium cõtrouersias mutuas deferri, idq; nunq̃ a te impętrari potuisse. Transis post hæc ad has inducias opera Pontificis Romani contractas: quas vter nostrum religiosius custodierit, testes sunt cœlum ac mare, & tot infelices ex nostris mortales, quot triremib⁹ tuis vincti attinẽtur, qui fiducia renouati fœderis securi, capti ac spoliati remoq; addicti crudelius a tuis q̃ a Barbaris habentur. Verum quoniam direptionum & prædarum facinus in tuis credibilius est: ad res Corsicanas statim cõuerteris: obiiciens cum ea quæ Corsicæ habueras præsidia inde abduxisses, nos in oppida defensoribus vacua fecisse impetum: iisq; captis quosdam a superioribus quondam Regibus Aragonum possessos fœde trucidasse. Nolumus hoc loco præcellentissime Princeps durius aliquid eloqui: ne quã spopondimus modestiam abiecisse videamur: hoc tantũ dicimus: sublimitatẽ tuam in ordine rerum gestarum maxime falli. Nam discessisse tunc Corsica vllum præsidii tui quem ibi tenuisses: fieri nequit: & longe ante contractas inducias miserat illuc magi-

ſtratus ſancti Georgii copias ad perdomandos rebelles qui imperium exuerant. Sed ne videamur ex hac narrationis breuitate nolle intelligi, Ranucius Leoccanus longo iam ante tempore ſeq; ac filios, & terras ſuas tutelæ noſtræ cõmiſerat: in qua fide adeo conſtanter perſeuerauit: vt pro republica pugnans armatus in acie cæſus ſit. Quum ſuccedentes filii vellent & ipſi fidei ſuę pignus aliquod dare, Genuam venere, ſeq; iureiurando obſtrinxere ad fidelitatem & obedientiam magiſtratus ſancti Georgii. Nec his contentus Raphael e fratribus ſe in Auriam familiam aſciſci petiit & impetrauit. Hic quieta conſilia perosus cum ſententiam mutaſſet, & paterni ppriiq; promiſſi immemor ſeq; ac ſuos in rebellionem præcipitaſſet, miſſo exercitu captus eſt, & quas meruerat perfidię pœnas luit. Hunc ſi tua maieſtas virum in ſuos tranſferre velit, exnunc palam conuenta franguntur. Cautum eſt enĩ ex ſecunda parte neutri partium licere vrbes, terras ac ſubditos partis alterius ſe etiam ſponte dedentes admittere. Ex quo fatea re oportet aut licuiſſe nobis in eum & ſuos animaduertere, aut ſi illos a te receptos non diffiteris, contra pacem fidemq; ac iuſiurandum receptos fatcare neceſſe eſt. Fabulam autem illam quæ affertur, nos in excuſationem cauſæ noſtræ adducere ſolitos: magiſtratum ſancti Georgii, non nos hæc iuſſiſſe, velut ex eodem corpore, membrum in membrum aliud culpam regerat: quicunq; confinxit vane non ſolum aſtute vt creditur confinxit. Nos profecto nihil vnq̃ tale vel diximus vel ſcripſimus. Q; ſi quid tale loquuntur literæ noſtræ: proferantur in lucem: ſint q; teſtimonio contra nos. Id niſi fiat, palam fiet epiſtolam tuam cum vera in nos crimina congeri non poſſent vanitate et commentis fuiſſe refertam: neq; religionem Chriſtiq; vicarium, ipſumq; fœderis teſtem & vltorem Deum te veritum fallere. Nos quidem quæ magiſtratus ille nobiliſſimum reipublicę noſtræ mẽbrum vel decreuit aliquando vel geſſit, laudauimus omnia: & velut a nobis iuſſa in nos referri facile paſſi ſumus. Sed reſpondeat ſi poteſt ſublimitas tua, ſi prohibebant inducię animaduer-

tere nos in Corſos contumaces noſtros: cur non ſaltem ad Pontificem Romanum earum auctorem ita querelas detuliſti: vt vocaremur, & admiſſi noſtri rationem redderemus? cur ſemeſtris interualli quod fœderi adiectum eſt, moram proferre nequiuiſti? Nimirum fecit nimia felicitas, vt fœdere, ac religione, Deiq; vicario, contemptis omnia tibi licere arbitrareris. Sed iam ad Turcarum pericula veniendum eſt, quorum nos cauſam agere prædicas, nec pudet Chriſtianum populum, cuius tu beneficio imperas, Italicos, Turcas appellare. Nanq; vt omittamus quantas q̃q; præclaras res Genuenſis populus in Paleſtina geſſerit, cũ vi & armis Hieroſolymitanum regnum Chriſto reſtitutum eſt: quãtas deinde q̃q; magnificas cum partim tueri: & poſtremo amiſſum recuperare oportuit: Vt prætereamus etiam decenne bellum qđ pro defenſione Orientaliũ Chriſtianorũ contra Baiſitã huius Mahumeti proauum ſuſcepit, & ſtrenuiſſime adminiſtrauit: Dertuſa certe nobilis ciuitas, multaq; egregia oppida in ripa Iberi fluminis poſita, claſſibus noſtris expugnata, cæſis infidelibus, vero cultui colla ſubmiſerunt. Atq; ita in regnis tuis nondum pietatis noſtræ veſtigia deleta ſunt. Nam q; in nos referre conatur ſublimitas tua primum Turcarum ex Aſia in Europam tranſitum, apud doctos eius hiſtoriæ ridiculum eſt. Liquet enim cum duo Græcorum principes de Imperio contenderent: alterum Conſtantinopoli eiectum ad Turcarum opem confugiſſe: pactaq; mercede Calipolim arcemq; eius conuentorum pignus Turcæ tradidiſſe, atq; ita multa eorum milia ex Bithynia in Thraciam fuiſſe traiecta. Sed mauult ſcimus excellẽtia tua de ea expeditione quam in Turcas moliri tam diu prędicaſti ſermonem haberi. Quocirca nõ nos fugit iam prope triennio circumacto, pollicitam eſſe ſublimitatem tuã claſſes exercituſq; quibus eorum ferociæ occurreres. pfacile id ita fore nobis perſuaſum eſt. Nã qs eſt Chriſtianorũ regũ quẽ ppter vicinitatem ea magis pericula mouere debuerint? Claſſem ab Hydrunte mane ſoluẽtẽ excipiunt veſpere Turcarũ littora clamoribus reſonãtia. Aſtrue-

Baiſita.

bat promissę expeditionis fidem, ꝙ videbamus Siciliam ac Sardiniam exactionibus assiduis exhauriri: reliquos populos insolitis tributis oppressos: in sacerdotes adeo acerbe sæuiri, vt in comparationem reliquarum extortionum leuis videretur decimarum præstatio: famaq; fuerit tantum pecuniarum vndiq; corrasum esse, quantũ ipsam Charybdim explere potuisset. Nos interim certa spe tuæ classis confirmati: singulis annis, naues, viros, arma, triticum Christianis orientalibus suppeditare, vtq; forti animo calamitates suas ferrent, literis ac legationibus exhortari: breui affuturas vires opulentissimi regis: quæ Turcas trans Caucasum trepidos fugent. Sed lenta fuit adeo hæc toties iactata expeditio, vt nisi nos non vna sed pluribus classibus discrimini eorum subuenissemus, deserti ac perditi, Turcarum fauces nõ effugissent. Circunspiciat omnia nunc prudentia tua: ac iudicet vter nostrum Turcas foueat. Nos ne per quos multę insulę, multi adhuc populi Christum colunt: an is qui tot florentibus regnis subnixus, collecto auro quod in multas expeditiones satis esset: eos sæuissimis hostibus prodit pro quorum salute collatum est. De ciuibus nostris quorum te charitate moueri dictitas, hoc sibi persuadeat maiestas tua: illi quidem cum sanam mentem resumpserint, redibunt in patriam, non tuis viribus, sed mansuetudine nostra. Præoptabuntq; æquo iure cum suis agere, q̃ fidem tuam rursum experiri. Bellum autem & minas tuas eo accipimus animo: quo & reliqua gessimus tecum bella: eoq; maiore in Deum fiducia, ꝙ is nouit vter nostrum ius, fas, religionem, iusiurandum, Christi vicarium, ipsumq; Deum emissa in nos classe superbe contempserit. Reliqua epistolarum tuarum prætermittere, & modus epistolæ monet: & illud simul: ne quod diluendi criminis facere necessitas iussit, maledicendi animo fecisse videremur. Genuæ. MCCCCLVI. Die. XV. Septembris. Petrus de Campoferrato Dei gratia Dux Genuensis &c. & officium Octobaliæ communis Genuæ.

Sacrę Regię maiestati Hierusalem, Cypri, & Armeniæ.

DVm percurrimus animo Serenissime Princeps secula illa quibus nobilissimi Reges, Iacobus & Ianus, auus & parẽs tui Regnum Cypri tenuerunt: & nobis ante oculos ponimus honores & commoda quæ Genuensibus priuatim ac publice contulerunt, & parte altera cogitamus quanta veneratione, beniuolentia, & studio respublica Genuensis vtrũq; coluerit: & q̃ sępe in secundis aduersisq; rebus ope nostra adiuti sint: viderentur nobis omnia profecto in deterius esse mutata si cogeret nos hoc tempore necessitas contra maiestatem vestram arma sumere: & cuius gloriam & amplitudinem quęrere solebamus, aduersus eũ nunc armatos in acie stare. Verũ serenissime Princeps nihil videmur nobis intentatum reliquisse, quo veterem amicitiam, & solitam obseruantiam nostram ad sublimitatem tuam incorruptam tueremur. Nam posteaq̃ maiestas tua & erga spectatos protectores sancti Georgii, & erga priuatos ciues nostros multa seruare desiit ad quæ ex fœdere tenebatur, non statim ad vim armaq; decurrimus: sed literis nostris primum, deinde legationibus orauimus, admonuimus, poposcimus excellentiam tuam vt ius conuẽtaq; respiceret, neq; Deo iureq; neglecto tam indignis nostros iniuriis insigniret. Sed adeo pręualuerunt apud eam perniciosa quorundam consilia, vt preces & monita nostra non repellerentur solum, sed etiam irriderentur, velut a metu profecta. Quæ causæ haud immerito commouerunt hos protectores de incommodo maiestatis tuæ cogitare. Nobis graue nimis & odiosum fuerit, si cõpellamur tuæ celsitudini bellum inferre. Quod tamen a nobis effugi non potest, si poscendo, monendo, orando nihil ꝓfecerimus: & tamen propter veterem obseruantiam ac beniuolentiam nostram qua nõ solum maiestatem tuam sed inclytã quoq; Luscinianorum familiam omni tempore complexi sumus, orare rursum & pro iure deposcere serenitatem tuam statuimus, ne velit in nostrorum iniuriis vltra persistere, sed protectoribus potiꝰ ac reliquis Genuensibus ea præstare ad quę iure obligata est. Nã alioqui Deum hominesq; testamur, causas discordiarum ac belli nõ a nobis sed a vobis ꝓficisci: & decere nos armis nr̃a vindicare

si iura nostra apud te tuosq; contemnantur. Qz si (vt confidimus) excellentia tua rectum æquumq; respiciat: & nostris se talẽ prębeat qualem optimo iure debet, psuadeat haud dubie sibi maiestas tua nos nõ mõ non remissuros esse ex antiquo amore ac veneratione ad eã aliquid: sed insuper nihil eidem negaturos quod stabilimentũ ac gloriã eius respiciat. Itaq; vt malit amorẽ nostrũ cũ iustitia, q̃ odium cum iniuria: eam iterum iterumq; p̃camur. Datum anno. Mcccclii. die. xxii. Martii.

Sacrę Regię maiestati Aragonum & vtriusq; Sicilię &c̃.

ADuenit hesterna die serenissime & p̃clarissime princeps & Dñe mihi colẽdissime, dedítissim⁹ maiestati tuę Lucẽsis Spínula: a quo & bonã valetudinẽ excellẽtię tuę, & felicitatem Regnorũ tuorum, quęq; alia vel rerum vel corporis bona optari solent: lętus didici. Inter quę affirmauit Adamantẽ a me missum expectationi maiestatis tuæ late respondisse: eumq; gratũ admodũ ac iocundum illi fuisse. Qua ex re tantũ percepi verę voluptatis, q̃tum vlla ex re alia vix putẽ posse mihi cõtingere. Nam quũ hunc mihi in pærquirendis gemmis finem cõstituerim industriæ ac laborum meorum, vt aliquid alicunde eruã qđ sublimitatem tuam oblectet. id cum assequor, impleta est votorum meorũ summa. Adamantis nanq; precium & solutionis tempus & quicquid gemmã illam respicit vt fuerunt semp in arbitrio tuo posita, ita sunt eruntq; omni tempore. Et quod sublimitati tuæ gratũ est, ingratum mihi esse non potest. Oro Deum, det eius gemmę aspectu & voluptate in multos annos frui maiestatẽ tuã. Adiecit Lucensis ipse desiderare te Sardonychum seu Balassium, de quo multus sermo dudum habitus est. Ego nihil diligentiæ ac studii prętermittã vt ematur. Verum cum precium eius ingens sit, opus est vt in hoc saltem opem mihi conferat benignitas tua, vt pecuniæ quæ magnifico Iacobo Picinino debentur ad me perueniant in solutionem tritici mei quo se suosq; sustentauit. Nanq; alioqui precium eius gemmæ contrahere ac soluere nullo pacto

possem. Dabo interim operam vt quæ parati possunt maturẽtur vt cum excellentia tua precium iusserit tritici mihi numerari, nulla sit vltra ex me mora. Quod reliquum est, accipiat oro tua sublimitas me & mea qua solet humanitate peculiariter commendata. Data Genuæ die. XXVIII. Iulii. MCCCCLVI. Maiestati tuæ deditissimus famulus Helianus Spinula ex Luculo.

Summo Pontifici.

ETsi apud nos certissimum est sanctissime ac beatissime pater & Domine nobis colendissime, quæcunq; toto in orbe Christiano gerantur ad religionem pertinentia, probe nota esse supremæ sapientiæ tuæ: quia tamen aliter audita, aliter oculis spectata mouent, non absurdum putauimus si eorum quæ ante oculos nostros aguntur aliqua interdũ & rarissimis quidẽ epistolis beatitudini tuæ significemus. Perpauci anni sunt ex quo regulares fratres beati Francisci propę hanc vrbem consederunt: quo tempore ignorantibus plerisq; quales vita & moribus essent: plures forsitan inuenti fuissent qui hũc eorum aduentum odissent q̃ qui inexpertum genus hominum vicinum sibi fieri lętarẽtur. At posteaq̃ ieiunia, nuditas, reliquæq; vitæ asperitas, contemptus auri, humilitas, doctrina, exemplaq; spectata sunt, difficile dictu est, quantum ea hominum corda mutauerint, & a quadam feritate & Dei contemptu ad humanitatem cultumq; traduxerint. Hos huius ordinis fructus cernentibus nobis, non alienum visum est hæc ipsa sanctitati tuæ ex nobis nota fieri, vt quæ in sublimi specula Christiani imperii constituta, omnia prospicit, ea quoq; quæ ita apud nos geruntur, non ignoret. Reliquum est beatissime pater vt quandoquidem in agro domini hoc nobile semen adeo fœcundum est, dignetur benignitas tua huic se ordini fauentem, propiciamq; præstare, augere illum atq; amplificare, nullos ei honestos fauores negare. Nos etenim ne pro virili nostra bene merentes neglexisse vnq̃ videamur,

humanitatem tuam iterum iterumq; precamur, vt quęcunq; vel a vicario vel ab alio, nomine eius ordinis deposci cõtingat, digne tur æquas eius preces exaudire. Qđ etsi sanctitatem tuam vltro facturam fuisse credibile est, nos tamen maiorem in modum lætabimur, si experiemur his precibus nostris aliquid insuper tributum fuisse, qui nos nostraq; omnia benignitati tuæ, supplices omni tempore commendamus. Data Genuæ. MCCCCLIII. die V. Martii. Sanctitatis tuæ filii & cultores obseruantissimi Petrus Dux, & Consilium Genuen̄.

Eidem summo Pont. Idem Dux & Consilium.

FVit profecto beatissime pater & domine nobis colendissime estq;, atq; vt confidimus erit is animus atq; ardor sanctitatis tuæ aduersus Regem Turcarum, quem suis literis beatitudo tua sæpe alias & nũc quoq; noua epistola cõtestata est, adeo vt nullus tam abditus tamq; extremus tota Europa sit angulus, ipsam licet Thulen interrogemus: qui nesciat reges ac populos Christianos crebris a beatitudine tua legationibus admonitos excitatosq; fuisse, arma capere, & sæuientis hostis conatibus occurrere. Et quoniam nõ satis esset verbis agere, adiecisse mox sanctitatem tuam his adhortationibus classem suam magna difficultate, nec leui sumptu comparatam. Hæc & huiusmodi quia nota sunt, & studii tui magnitudinem ad defensionem Christianæ fidei late declarant: nihil minus conuenire intelligimus q̄ beatitudinem tuam ad id opus cohortari: quę ita se ipsa cohortata est: vt cupiditati & ardori ei⁹ nihil omnino possit accedere. Illud potius nos, reliquosq; Christianos deceret, nisi laudes humanas conscientia tua contemneret, prædicare atq; extollere hoc sanctum propositum tuum: & bene monentem patrem, filiali obedientia sectari. Quod ad tollendas cum sereniss. mo domino Rege Aragonum discordias pertinet: scimus beatissime Pater id quod literæ tuæ loquuntur, Sanctitatem tuam impensam, ac propè assiduam operam dedisse: vt hoc præsertim tempore quo aduersus hostes Cru

cis arma vertenda forent, inter regiam maiestatem & nos belli causæ amouerentur. Id etsi summo quodam ac singulari studio sanctitas tua curauit, ferẽdo Christianis Oriẽtalib⁹ auxilio, vt expeditior esset via: psuademus tamẽ nobis accessisse huic sanctę cupiditati tuæ eam insuper beniuolentiam qua nos humanitas tua prono quodam amore semper complexa est: pro quo vt sæpe alias ita ei nunc quoq; gratias agimus, & quidem ingentes atq; immortales. Nos vt probe nouit beatitudo tua, nunq̄ regię pacis cõsilia contempsimus. Cuius rei si coram Deo testes adducendi forent, tuam vel in primis conscientiã percontandam nominaremus. Nunc vero cum ex literis ipsis cognouerimus regium animum a pace non videri ălienum: & ob id sanctitatem tuam cupere nostrorum aliquem ad se mitti quantum expediat instructum, parandam duximus legationem quæ sanctitatis tuę conspectum petat: & quæ ob eam causam quę fuerint agenda sedulo curet. Reliquum est supremam prudentiam tuam orare: exploret interim regium animum vt quid facilitatis, quid difficultatis res habeat, superuenientes legati nostri cito intelligãt. Longus enim eius pacis tractatus, si nõ conueniretur, vel hoc haberet in se mali, q; siqui sunt qui in eam pacẽ rem vllam collocarint: re tentata & infecta spem omnem abiicerent posse vltra conueniri. Hæc hactenus. Nos autẽ nostraq; omnia humanitati tuæ supplices omni tempore commissa commendataq; facimus.

Illustri & excelso principi domino Borsio duci Mutinæ Comitiq; ac Marchioni Estensi in primis obseruando.

CRystallinas lagunculas mirabili arte celatas, dona vere regalia, pertulit ad nos illustris & clarissime Princeps spectatus legatus tuus Bonuicinus. Quarum opus quo magis intuemur, eo maiore admiratiõe capimur. Nam q̄q̄ preciosa est admodum ipsa per se materia, ingenium tamen manusq; artificis omne admirationis omneq; laudis genus longe superare videntur. Accedit horum munerum precio, q; ab celsitudine tua profe

cta sunt Princeps clarissime ac celebratissime,cuiꝰ famã eximiasq; virtutes nullus est tam abditus orbis angulus qui ignoret.Nos vt gratitudinem animi nostri aliqua ex parte testaremur,circun duximus per stabula nostra Bonuicinum,precãtes vt siqui essent ibi vel sonipedes vel alterius generis equi,ex iis quos animo tuo iocundos fore putaret , aperiret id nobis.Deinde quotas formosas ac præstantes mulas vrbs hęc habet,percensseri iussimus.Cũq; nihil inter hæc omnia inueniretur quod desiderio tuo satis respõsurum crederetur : tunc demum nos pauperes esse agnouimus. Sed ne pauperes simul & ingrati videri vnq; possemus,conuersi sumus ad amicos,vt quæ vrbs hæc non habet,ab his sumamus qui habent:& ex familiaribus nostris quosdam in remotiores terras misimus conquisituros aliqua quæ fastigio tanti Principis si non ex omni,aliqua tamen ex parte digna putentur,quemadmodum satius referre poterit idem Bonuicinus:cui super his & aliis renunciandis nomine nostro haberi cupimus indubiam fidem.Interim celeberrime Princeps eas habemus agimusq; liberalitati ac beniuolentiæ tuæ gratias,quas præ magnitudine non satis digne scribere aut eloqui possumus:longeq; melius concipiet sapiẽtia tua q̃ nos verbis æquare possimus,deferentes excellentiæ tuæ nos,hunc statum,& quicquid opera nostra possit,in omnem dignitatem tuam cupide semper paratos.Genuæ.MCCCCLX.die octauo Iulii.

Illustrissimæ Principi & ornatissimæ virgini Dominæ Hippolytæ Mariæ Principi Capuanæ Dominæ meæ cum primis obseruandæ.

QVod illustrissimi parentes tui aliquando in sermonem incidant obseruantissimi seruitoris sui patris mei:nõ faciũt ingentes opes neq; lati fines imperii:sed ingenita potius vtriq; humanitas,omni imperio maior ac nobilior. Tu quoq; dum a teneris annis iam eorum virtutes æmularis:spem præbes non esse satis tibi filiã esse natura,nisi & virtutum imitationẽ fi-

lia cognoscaris. Nã quid aliud esse dicã q̃ ad me scribere dignata es, & dona mittere sublimitate tua q̃ mediocritate mea digniora:nisi summã & incredibilẽ in puellari ętate mãsuetudinem! Ea ego dona q̃q̃ ex se & p̃ciosa & speciosa admodũ sunt: multo plura feci:q̃ abs te data sunt,maximorũ principũ filia ad sũmã fortunã genita.Pro quibus tantas quidem habeo gratias quãtas habere ęquum est si cogitem non tam quid datum sit, q̃ quis dederit,& quo animo.Et tñ q̃q̃ tãti sint munera tua, duo non minora ab celsitudine tua petere suadet mihi eadẽ humanitas tua. Primum vt me cum virtutibus tum excellentiæ tuę deditissimã in ancillarum tuarũ agmine numeres.Reliquum est vt optimum parentem meum hęreditarium famulum tuorum,tuis illustrissimis parentibus assiduis precibus cõmendatum facias. Hæc si ab tua celsitudine ꝑpetrauero, prędiuitẽ me ac felicẽ feceris. Genuæ die.xx.Martii.Mcccclx. Ancilla sublimitatis tuę Theodora Vivualda Heliani Spinulæ filia.

De inuentione partis saluificę Crucis narratio.

CVm res hæc de qua inferius dicturi sumus & admirabilis sit & cognosci dignissima:iniquũ nobis visum est, eam non prodere posteritati,ne mirabilia quę in nobis assidue diuina bonitas operatur:ita contemnere videamur,vt quę nihil ad salutem nostram conferunt posteros edoceamus: quæ vero Dei laudes respiciunt,& nos ad pietatem erudire possunt,per negligentiam omittamus.Est in Genuensi vrbe domus prędara & nemini prope ignota,quę inter familiam nobilium Syluestrium & familiam nobilium Cataneorũ in medio fere posita est.Hęc quõdã extructa fuisse credit a nobilibus qui dicebantur Zacharię: quorum posteri ad ętatem vsq; nostram ædes ipsas possederunt.Fuerunt autem in ea Zachariarum familia Martinus,Benedictus,& plærique alii clari viri : qui præfecturas classium aliasq; militiæ dignitates adepti ex rebus feliciter gestis celebre sibi nomen pepererunt. Ex his vnus qui primus eius domus ædificator

fuit,palam dicebatur in ea repoſuiſſe nobiles quaſdam rerum ſacrarum reliquias ex tranſmarinis regionibus aduectas. Idq; adeo vulgatum fuit:vt mulieres quædam ex ea familia ſuperſtites id tanq̃ rem notiſſimã prędicarent:& ita eſſe conſtanter affirmarẽt. Quum autẽ Zachariarum familia pene extincta eſſet, & ea domus in Simonem Iuſtinianum filiũ quondam Danielis clarũ ac primarium ciuem peruenisſet: contigit vt anno natiuitatis Dñi Mccccxxxv. eo domi ſedẽte & diſcumbente,lapides a ſummitate parietis decidentes, nõ paruo eum terrore affecerint. Eam ob rẽ accerſito fabro murali,& exploratis parietibus ac tignis, nihil tamen inuẽtum eſt qđ non ſolidum ac firmum videretur.Nam q̃ ciderant, petrarum fragmenta erant,inde lapſa vbi tignorum vnum parieti iungebat. Paucis deinde diebus cum codẽ fere loco ſederet,animaduertit minutias quaſdã calcis & laterum et veluti puluerẽ quẽdã,ab eo tigni capite decidere, vnde prius petrarũ fruſta deciderãt.Itaq; iuſſo famulorum vno cõſcendere,tignũ q; ac parietẽ diligentius inſpicere:ille vbi ſcalis ad ſummitatem peruenit,& in id foramen oculos iniecit quo tignum ſuſtinebat, lucidum quiddam introſpiciens: Habeam inquit Dñe rogo partem meã,& deſcendens,hoc attulit ſacratiſſimę Crucis lignũ:ita collocatum.Argenteum vaſculum eſt rotundę formę, vix latius Scuto aureo,qua moneta oĩs nunc Gallia vtit.Habet pars altera Ieſum Chriſtum dñm noſtrũ crucí affixum in cãpo cœleſti floribus aut ſtellis ſparſo. Altera vero(vt credim9)ſanctę crucis lignũ cryſtallo tectum,& in effigiem crucis poſitum,cuius altitudo ac latitudo tanta eſt quantam campus ille poteſt capere. Supereſt vt qui id aſpiciũt, incuruatiõe corporis & pia mente venerẽtur.

Iacobus Bracelleus Magnifico & ornatiſſimo viro Nicolao Campofulgoſo.S.

AVdio magnifice & ornatiſſime vir, plęroſq; ingeniũ exercuiſſe,vt ſepulcrale carmen ederent in memoriã clariſſimi viri Iani patruelis tui,quondã principis noſtri. Ad id autẽ quanam ratione excitati ſint,non facile iudicium eſt.Potuit illos veneratio & affectus in principem ſuum,potuit & oſtentatio ingenii commouere.Ego qui viuenti & mortuo plurimum debui: turpe duxi nihil tentare quo cultum ac ſtudium in ſe meum vt cunq; teſtarer. Nam q̃ parum mihi gratiæ ſit in metro : etiam iuuenis expertus ſum.Secutus igitur veterum auctoritatem, de nis tm̃ verſibus cõtentus fui:veritus ne ſi eum numerũ exceſſiſſem,non tam ſepulcrum inſcribere,q̃ hiſtoriæ fundamentum iecciſſe viderer.Nam qui Ioannis Mediolanenſis archiepiſcopi, aut Ioannis Galeatii primi ducis laudibus marmora numeroſo carmine repleuerunt,quẽnam priſcorum auctorum ſecuti ſint,referre profecto non poſſent.Illud quoq; nõ te fugit(ſcio)probatos auctores in clarorum virorum funeribus impare ſemper metro vſos eſſe,tanq̃ luctui ac lachrymis elegus aptior ſit.Tu cum hos percenſueris:rectius egeris ſi emendaueris,q̃ ſi edas. Vale decus meum.Ex curia.IX.Calendas Februarias.

Epitaphium breue ſit.

Elegiacũ.

Hic ſitus eſt Ianus Fulgoſa ſtirpe creatus.
Quem rapuit iuuenem præcipitata dies.
Huic dederat mirum formæ natura decorem.
Sed plus conſilii,plus dederatq; animi.
Ferrea non acies:pelagi non ira furentis:
Intrepido potuit demere conſilium.
Præfuit hic patriæ binos Dux inclytus annos,
Dignior æterno qui fuit imperio.
Qui niſi maturos annos huic fata negaſſent:
Impleſſet Latium laudibus omne ſuis.

Iacobus Bracelleus magnifico viro legum interpreti domino Ioanniiacobo Ricio Salutem plurimam dicit.

EA eſt profecto fama & veluti ſplendor quidam virtutum tuarum,vt neq; mihi neq; multis remotiore etiam loco poſitis ignotæ eſſe potuerint.Eam ob cauſam cũ primum ab ipſo nũcio ſignificatum fuit mihi,dominum Antonium meum,

fectum esse auditorem tui,lætatus admodum sum q̄ te tantum tamq; celebrem præceptorem nactus esset.Subibat animum meū memoria Zauini,ac domini Abbatis fratrum quōdam tuorum: quorum vt eximias virtutes,ita diuina ingenia adeo admirari solebamus : vt quos illis adæquare possemus , aut nulli , aut perpauci admodum inuenirentur. Ac persuadebam facile mihi , vix fieri posse vt tu tantorum virorum natura frater , nobilitate ingenii & elegantia doctrinæ frater non esses.Postq̄ vero dominus Antonius sub te erudiri perseuerauit: & virtutes tuas propius inspicere,ita me in admirationem tui adduxit , vt vnus esses in primis quem palam prædicare ac laudibus extollere solitus sim. At nuper ipse ac fratres ad nos reuersi renunciarunt mihi quanta comitate ac liberalitate eos acceperis,q̄ ingēs ac ꝓpe fuerit vnica tibi cura rerum suarum,nec attollendi modo eius ac laudandi quo doctoratus titulum honoratior assequeretur : sed vsq; adeo vt etiam parandi conuiuii munus susceperis.Ita me hæc incredibilis humanitas tua deuinxit tibi, vt quātum hominem homini debere fas sit:tantum me tibi debere profitear . Taceo filios:qui cum hæc ipsa & viderint & experti sint,eo magis admirati sunt quo plus afficere hominem solet res perspecta q̄ audita.Hæc permouerunt me magnifice vir has ad testes animi mei literas dare quibus intelligas inter præcipua vota hoc mihi esse primum ac prēcipuum,vt possim pro tot tamq; amplis meritis in meos tuis: gratias humanitati tuæ aliquando referre. Neq; enim sententia mea id semper satis est:quod a pluribus iisq; sapientissimis viris comprobatum est,vt videlicet gratias habeamus:optandum potius incumbendumq; & summa vi annitendum puto : vt nobis se offerat occasio qua non habere modo,sed referre quoq; gratias valeamus.Interim me operamq; meam quantulacunq; est:natos, domū,& oīa demū mea magnificentiæ tuæ defero ac trado. Vale decus nostrū.Genua.XVIII.Calendas Octobres.MCCCCLVI.

Iacobus Bracelleus spectatissimo viro domino Leonardo Saulo Præsidi apud Spediam.

HAbeo tibi agoq; gratias ingentes,cū pro aliis in me officiis tuis, tum q̄ Melchiorem Pontiollum alioſq; qui ad opem tuam meo nomine confugiunt,summa humanitate excipis: & quantum me ames,illi suis in rebus experiuntur.Ego certe cui explorata erat benignitas tua, iampridē prēuideram non aliter fore,q̄ vt a te omnia impetrarē, nec mihi tm̄, sed iis etiam quos tibi prēsens aut absens cōmendassem. Crescit igitur in dies hæc humanitatis tuæ laus & multorum ore prędicabitur: & cū multis benefeceris,eoſq; deuinxeris tibi:accedente horum opera poteris in dies pluribus benefacere. Ego vt scias quanta fiducia vti ausim pollicitatiōib⁹ tuis, statui non recusare vt in mittēdis quoq; literis meis labores.Inuenies igitur vnas his annexas ad filium meum literas:quas quum nactus fueris hominem Bononiā petentē vt eas illi cōmēdes,te iterū atq; iterū oro.Reliquū est:vt si quid a me curari velis,iubeas. Genua.Sexto Calendas Iunias. Mcccclvi.

Iacobus Bracelleus prēclaro ac doctissimo viro. D.Ioan. Andreę Vigenio.S.P.D.

ETsi rumoribus primum ac nunciis allatum ad nos erat Pont.maximū curā suscepisse renouandę in Italia pacis,ad q; id mun⁹ Cardinales sancti Angeli ac Firmiani legasse:iuuit tm̄ omnia tuis literis certius cognoscere. Magna esse omnes in expectatione iure possumus qd hic Pontificis labor pariturus sit.Pax enim illa vt probe nosti,quæ ab insidiis procul absit, adeo ingens ac magnum bonum esse videtur vt a Deo rectius q̄ ab homine petendū credatur. Nescio an Renati Regis transitus plus huic paci obstatur⁹ sit an pfuturus.Is vt aliunde cognoscere potuisti,post cūctatiōes & difficultates,tādē.iii.nonas Augusti,hora.xxi.ab Antipoli oppido Prouicię Albūtimiliū vel vt vulgo loquimur Vintimiliū vrbē in extremo ꝓpe orę nr̄ę positā aduect⁹ est. Stabāt em̄ Antipoli triremes biremesq; nr̄ę ac Cymbę supra centū nūero ad hoc ipm̄ paratę:q̄ nauigia vno cōmeatu copiasq; oēs

traiecere. Præcesserant regẽ equites circiter centum: quos qui cõputant, allatos ferunt equites ad summum ducẽtos. Reliquę Regis copię viam Alpium tenuisse dicuntur, operam dante Delphino ne quid incommodi in eo transitu patiantur. Qui regionum periti sunt, arbitrari videntur Regem cum omnibus copiis Astam hodie peruenturum esse. Q; reuerendissimus Dominus Cardinalis, & cum eo tu Albanum petieritis valetudinis tuendę gratia, ita gaudeo, vt nihil in epistola tua compererim qđ æque mihi iocundum fuerit. Hęc raptim: tu vale. Genua, septimo idus Augusti. M.cccclii.

Iacobus Bracel. Doctissimo viro & optimo patri D. Io. Andreę Vigeuio apud Vrbem.

CVm post secundum prope mensem reddita mihi sit epistola tua, desines mirari q; serius a me rescriptũ sit. Ego cum eam vel tarditatem vel incuriam impatienter ferrem: ne morę morã adiicerẽ, mox lecta epistola senatũ adii, petii, impetraui: fratrẽ accersi, cui literas ad te mittendas cõmendaui. Quæ si proderunt, vt cupimus omnes, fructum haud iniocundum percerimus omnes. Si minus, tu tamẽ senatui non parum te debere scito: apud quem magna cum laude tua, sermo de te habitus sit, adeo etiam vt ne vnus quidem sit inuentus qui dubitaret pro te literas decernere. Si nouos libellos quos tibi comparasti, forte prę mitti contingat: eos apud me esse paucos dies iubeto. Vale. Genua, decima Ianuarii.

Iacobus Bracelleus Blondo Foroliuiano. V. clarissimo & doctissimo. S. P. D.

LIteris tuis ad inclytum Principem nostrũ prius: deinde nõ multo post ad me datis, facile cognoui rem haud magnã, magno studio a te peti: eamq; eiusmodi vt accipienti parũ

admodum, danti plurimũ conducat. Neq; cogitantem me hinc suscepti a te operis magnitudinẽ, vigilias inde ac labores exhaustos non in tradendis modo rebus, sed etiam in conquirendis, fallit quantum tibi debeat Italia: quantũ Cęsares, Pontifices, quantum denique Christianus orbis: quorum omniũ laudes paucis alio qui seculis interituras æternitati commendes. Atq; vtinam in eos Reges eosq; ciuitatum principes ætas nostra incidisset qui tãti arma faciunt, non minoris saltem ingenia penderẽt. Habet militia propositam sibi mercedem: nouit eques, nouit pedes quãtũ petat: nouit Rex quantũ depromat: ingenia laude & admiratione cõtẽta sint. Nam Didicit iam diues auarus Tm̃ admirari tm̃ laudare disertos, Vt pueri Iunonis auem. Sed respiciet (credibile est) aut Deus aut homo aliquis labores tuos: nec sinet eorũ nulla esse prędmia. Quod autem me respicit, spes est posse ad te Genuensem historiam ab anno circiter millesimo & centesimo vsq; ad quadringẽtesimũ & quintũ mittere: citra quẽ quicquid a nobis magnificũ & præclarum gestum est: id omne ita notum esse arbitror vt scriptorem non desideres, & tamen si quid esset minus cognitum scripto supplebitur. Ante vero annum ipsum millesimum centesimum nullus nostrorum Genuensis populi res gestas literis mandasse inuentus est. Itaq; si quid ante ea tempora ad rerum cognitionem defuerit tibi, ab alienis petito. Verum hæc quæ ita recipio, exscribẽda erunt. nam nulli sunt annales publici qui mitti possint: & quæ dixi exemplaria priuatorum sunt. Ex quo vix trimestre satis erit vt possim quæ polliceor præstare. Tu literis acceptis g̃primum rescribito: hæc ne satis sint, vel si quid aliud optes fac me certiorẽ. Vtraq; epistola tua adeo ad nos lente perlata est: vt intra mensem reddita non sit: ex quo erit animaduertendum vt non nisi homini diligenti posthac literas commendes. Tu vale: & de me tantũ tibi sponde quãtum pręstari posse cognosces. Genua. xviii. Calendas Decembris. Millesimo cccclliii.

Iacobus Bracelleus claro ac doctiſſimo viro Eduardo Bergognino apud Aſtam.S.P.D.

QVanq̃ ſunt mihi omni tempore periocundę qualibet de re ſcriptę epiſtolæ tuæ:multo plus tamen peruenisſet voluptatis ad me ex his literis quę abs te mihi nuper ſũt redditę,ſi non quandam veluti egeſtatẽ tuam ſignificare viderẽtur. Nam quum homini naturaliter ſit inſitum alienis calamitatibus mutuo dolere,nec quiq̃ humani vt egregie poeta tradidit,ab ſe alienum putare: quanto vehementius torquere debẽt nos ea mala quæ amicorum aliquis indigne patitur? Ego certe qui inopiæ tuę,quandoquidem eo verbo vſus es, prorſus ignarus ſum:ita tamen necdum perlecta epiſtola commotus ſum: vt vix vllam ex ea voluptatem percipere potuerim:qui ſcio eum te eſſe cum longa rerum experientia tum ex aſſidua lectione comparata tibi doctrina,qui ſecunda aduerſaq; poſſis immoto vultu venientia aſpicere, nec minanti terga dare fortunæ.Ea autem in re ſi quid vides eſſe opis ĩ me,tibi perſuadeas velim tãtũ poſſe tibi de me polliceri quantum cognoueris a me poſſe præſtari: cum præſertim innuere velle videaris hoc tibi incommodum a retentione fructuum hic tuorum natum eſſe.Quod reliquum eſt, facis tu quidem qđ bonum ciuem decet,dum me iubes adhortari hos ciues vt memoriam retineant veteris beniuolentiæ qua vterq; populꝰ omni tempore inter ſe deuinctus fuit. Ego Genuenſes arbitror nullis ad id artibus aut cohortatiõibꝰ egere:quippe qui amicitiã iſtius populi plurimi vt equum eſt faciant: tibi potius & tui ſimilibus elaborandum eſt:ne quid in vrbe,ne quid in agro veſtro iniuriarum noſtris inferatur. quarũ cum poſtea puduit, ad id quidam refugiũ decurrerunt vt eas præſidibus ſuis imputent, & dicant populum earũ inſontem eſſe. Quę excuſatio quãti ſit, prudentiæ tuæ iudicio relictum volo. Hæc raptim, tu vale. Genua.xv. Calendas Septembris.Mccccl x.

Teren. in Heauton.

Iacobus Bracelleus generoſo viro dño Stephano Demarinis.

SCio generoſe vir & virtutes tuas mereri,& naturam loci quo aſſeruaris,deſiderare ſolatia literarum,ad quæ conſequenda ſi quid eſſet in me adiumenti,erubeſcerem profecto ſi id quiq̃d eſſet tibi negarem. Verum q̃ in tanta librorum copia quantam hæc ciuitas habet oratorum,poetarum,philoſophorum, hiſtoriographorum,vt reliquos præteream:qui his tamen minoris habẽdi non ſunt,in quibus de immortalitate animarum,& Chriſtianę fidei fundamentis tractatur,reliquias eius libelli pœtas cuius titulus eſt,Hiſpanienſis belli,ſatis mirari non poſſum.Hic enim nihil inuenias niſi quod ætas noſtra vel vidit,vel videre potuit:in illis nihil deſiderare poſſis quod non inuenias.Obtemperaſſem tamen voluntati tuæ:nam citra octauum & trigeſimum nõ multorum tamen annorum res geſtæ literis mandatæ ſunt: ſed cum ſcias aut neminem aut paucos admodum a cupiditate glorię adeo alienos eſſe vt vera & moderata laude contenti ſint quoties de ſe vel loquendo vel ſcribendo mentionem haberi contingat,grauc admodũ foret mihi in vulgus edere qd de illis ſenſerim quos noſtari ſeries hiſtoriæ popoſcit.Eoq; grauiꝰ q̃ hęc poſtrema libelli pars ea continet quæ recentiora ſunt,quæ non a defunctis ſed adhuc viuentibus geſta ſunt:quorum animos gratis offendere ſummæ dementiæ foret.His accedit q̃ hoc tempore in arcana bibliotheca domus tuæ hæc lectitare non potes,vbi omnia fidei tuæ committerentur.Iſtic vero vbi nunc cuſtodiris,vix quiq̃ poteſt eſſe ſecreti.Ex quibus humanitatem oro tuam ignoſcas mihi,cui nihil tibi negare licet:ſi in hoc vno difficilis tibi videar contra morem meum,& contra merita in me tua. Vale. VIII.Idus Octobris &c.

Iacobus Bracelleus Ioanniſacobo Ricio Iuris interpreti clariſſimo:apud Ticinum.S.P.D.

QVanq̃ exploratum habeo venerabilis pater doctiſſime vir quantũ ſoles p̃ſtare diligẽtiæ in erudiẽdis auditoribꝰ,cupiditas tñ Bartholomęi Iuſtiniani ad bonas artes ediſcẽdas

me haud immerito permouit,vt eum tibi peculiarius commendatum faciam. Valet hic adolescēs ingenio,ardor eius hac præsertim ætate vix credibilis est. Pater eius Ioannes desiderio filii prope accedit. Quæ simul cumulata,persuadent mihi facillimū fore id a te impetrari quod cupio. Vale.

Iacobus Bracelleus præclaro artium & medicinæ Doctori Ioanni Malaboto Genucñ. apud Bononiam.

QVanq̄ nulla sunt spectate vir merita in te mea,fuit tamē semper affectus quidam & ingens veneratio,quam virtutibus tuis deberi semp existimaui. Accessit postea & testimoniū dñi Antonii nostri:qui cū de doctrina deq; admirabilibus tuis curationibus maxima cum laude sæpe loquatur,ita vt te alterum Aesculapium aut Hippocratem temporum nostrorū nominet,non tamen tacet quāta comitate ac humanitate a te acceptus fuerit cum primum Bononiam profectus est. Hæc me permouerunt a te auxilium petere ei morbo de quo inferius dicturus sum,non quia apud nos desint præclari medici,& præter eos sunt etiam proxima nobis studia Papiēsia:sed quia propter morbi difficultatem persuasi mihi,aut a te,aut a nullo posse sanari. Est mihi filia innupta,quæ iam vigesimum annum impleuit,quæ genu & crure sinistro ita debilitata est,vt sine magno baculi auxilio incedere nequeat:reliquas morbi cōditiones ex casu descripto prudentia tua latius cognoscet. Superest igit humanitatē tuā orare, vt velit & puellę & morbi qualitates exacte considerare,et si arbitrabitur morbum posse sanari,velit præceptis & cōsiliis suis auxilium mihi cōferre:& ad euitanda pericula quæ ex tabellariorum negligentia sæpe incidimus,prouidere vt duplici exemplo ea mihi mittantur. Si puellam liberari continget,maximo me sibi beneficio astringet benignitas tua:eritq; opera danda ne ingratus eidē videar. Si minus,erit hoc quoq; beneficii loco,intelligere morbum esse incurabilem. Ad alias enim,hoc casu, cogitationes me

vertam: nec inter spem ac desperationem, tandiu suspensus pēdebo. Ego certe præclare vir semper optaui dari mihi occasionem qua possem commodis & dignitati tuæ inseruire. Quamobrem si quid est quod a me curari desideret paternitas tua, significet id rogo mihi: & omnia summo affectu,vt par est,perficientur. Genuę. die quarta Octobris. Mcccclvi.

Iacobus Bracelleus egregio adolescenti Ca. Iusti. S. P. D.

CVm superueniētibus(vt sępe fit)ex Gallia Belgica tabellariis ac literis optimū virū patruum tuum Simonem percōtarer aliquando quid ageres,quidq; rerum & qua prudentia gereres:talia de te cuncta accepi,qualia & optaueram & aliqñ fore mihi ipse persuaseram. Inter quæ cum quęsissem an inter negotiationis curas amorem literarum abiecisses, responsum mihi est ita te libellis incumbere,vt nullum tamen ex eo damnum negotiatio sentiat. Lętatus admodū sum: & gratulādū tibi putaui: q; in rebus lōge diuersis ea moderatiōe vtaris vt alteri altera nō officiat: sed vtriusq; potius cum laude inseruiatur. Nec me fugit multos ex nostris inueniri diuitiarū amatoribus,qui cū arbitrarent non posse simul paraudis diuitiis & literarū cognitioni operam dari:studia hæc vituperare soleant. Hi si cogitant nos nō ideo in hāc lucē editos esse,vt pecunię tanq̄ alicui numini seruiamus:q̄ nec nos sapiētes facere nec bonos potest:sed vt post Deū: veritatem potius ac iustitiam colamus:facile intelligēt eas disciplinas per quas ad hæc inuitamur, omni auro esse præferendas. Sed fallunt nos & precipites rapiunt,non vulgi modo,sed Principum quoq; ac Regum exempla, quos in magna rerum copia nullam formidantes egestatem,auro tamen & argento inhiare videmus:atq; ita posthabita ratione quę nobis a Deo data genus humanum secernit a brutis,non doctrinæ,non virtutibus operā damus,quas pauci admodum sequuntur:sed augendis potius opibus:quas plebs infima,quas mediocris fortunę viri:quas ipsi Reges ac Cęsares votis oībus appetere videntur. At tu si sapias,vt

certe ſapis, cogitabis diuitias nec bonas ꝑ ſe eſſe nec malas: ſed ꝑ inde cẽſeri vt vtemur. multis certe exitiũ pauert, multis ſalutẽ. Bonaꝝ vero artiũ doctria inter ĩdifferẽtia certe nũerari nõ ſolet. Sẽper eñ & ꝑ ſe bonũ quoddã eſt: eoꝙ nobilius ac melius & oĩ patrimonio ꝓferẽdũ, ꝙ hoc bonũ intra nos eſt, diuitiæ extra nos. Quo fit, vt nĩm nõ ſit qđ tanꝝ alienũ dari & auferri põt: noſtrũ vero certe ac ꝓprie ſit dicẽdũ, qđ in aĩo nr̃o poſitũ, nec dare fortuna põt, nec eripere. Q̃obrẽ ſi quis erit qui hęc tua ſtudia reꝑhendat: ac dicat nõ te ideo patriã, parentẽ, ꝓpinquos reliquiſſe extremarũ Galliarũ angulũ petentẽ vt lr̃is operã dares, ſed vt locupletior redires, memẽto itẽ nec te pegre ꝓfectũ eẽ vt meliora cõtẽnes, viliora ꝓferres. Erit igĩt optimũ tẽpamẽtũ illud qđ tibi nõ ſine laude ſequẽdũ cõſtituiſti: vt & negotiis gerẽdis, & lr̃is ita diẽ diuidas vt alteri altrerum nõ obſit: qđ facile fieri poſſe nemo ſanę mẽtis negabit. Nec te nũc ad antiquoꝝ exẽpla reuocãdum puto: quorũ plurimi vno eodẽꝙ die & lectitarũt & ſcripſerũt, & cũ hoſte cõgreſſi ſunt: de moribus noſtrorum temporũ loquor: in quibus Romanos pontifices ipſi vidimus vno eodemꝙ die religioni & cerimoniis operam dantes, maximorum Regũ ac populorũ audiendis legationibus intentos, ſuper decernẽdis dandiſꝙ reſpõſionibus conſultãtes, exercitationi ad tuẽdam valetudinẽ corporis indulgentes. Et q̃q̃ his curis animum diſtrahi neceſſe foret, legere tamen ſolitos ac audire legentes. Regẽ ego cognoui & qdẽ ſenẽ multorũ maximorũꝙ Regnorum adminiſtratione grauatũ multas eodẽ die legationes audientẽ, iiſꝙ reſpõſa dantẽ, bella mari terraꝙ gerere, nec venationes negligere, nec vt quidã loq̃bant amores: & tamen his ipſis diebus diſputationes audire ſolitum, nec vlla vnq̃ die a lectione ceſſaſſe. Hæc quũ ita ſint, contẽnendi tibi erunt hi qui dicunt ſine impedimento augendi patrimonii non poſſe doctrinæ operã dare. Quorum vitam ſi aſpexeris, videbis horũ plurimos partim ſomno ac deſidię, ptim cõfabulatiõib⁹ ineptis aliiſꝙ ludis tãtũ tpis impẽdere: vt ſi ad aĩm & vitę ſuę recogitationẽ redeãt, fateri coganꝝ diẽ & ſtudiis & negotiatiõibus

affatim ſufficere: nec ex eo poſtea parũ ſupereſſe. Tu igitur propoſitũ tuũ retine, & vale. Genua. Nonis Nouẽb. MCCCCLVII.

Iacobus Bracelleus generoſo viro Franco Nigrono apud Lundinum. S.P.D.

TV mihi tuis lr̃is gratias agis quaſi magna mihi debeas ꝙ Alexandri filii tui curam ſuſceperim, qua & aliquando ornatius ſcribere condiſcat: & has pulchriores figuras quibus vtitur curia hęc, aſſueſcat imitari. Ego vt verũ fatear, multo magis debeo iudicio tuo ꝙ eum me eſſe putaſti ſub quo poſſit hic adoleſcens aliquid proficere. Nam dum hinc cogito quibus parẽtibus, q̃ clara familia ortus, inde ingenii ſui prę̃ſtantiam, obtuliſſe mihi videris non mediocrem laudis materiam: ſi quidem is adoleſcẽs talis euadat qualem indoles eius pollicetur. Idipſum neꝙ in me tantũ poſitum eſt, neꝙ in te ſolo: ſed in ipſius potius arbitrio. Supereſt vt ſuam quiſꝙ ꝓuinciam curet. Tu filium adhorteris & moneas, & ad amorẽ literarum incendas deſiderium eius. Ego diligentia ac ſedulitate nõ deſim. Ita fiet vt niſi ſe ipſe deſerat, cũ tu eum accerſendum ſtatues, reddi tibi filius poſſit aliquanto doctior q̃ traditus fuerat. Quod ſi contingat, non ego ex eo minorẽ voluptatem capiam q̃ tu parens. Inter hęc vale. Genua. XVI. Calendas Nouembris. MCCCCLVII.

Iacobus Bracelleus præclaro ac doctiſſimo artium & vtriuſꝙ iuris Doctori Poetę atꝙ equiti Domino Ioanni Mario Philelpho Ducali conſiliario. S.P.D.

HAud facile dixerim q̃ iocunda fuerit mihi epiſtola tua cũ ſuauiſſimis metris nuper accepta: quam tanta certe voluptate perlegi, quantam ex poeta aliquo percepiſſe non memini. Habent enĩ magnã in ſe gratiã & facilitatẽ: habẽt orationẽ materię perapte inſeruiẽtẽ: & qđ ingenii tui teſtat vbertatẽ, cũ diuerſa rerũ gña ſcribẽdo aggrediaris, talẽ te ſingulis exhibuiſti vt qđnã apti⁹ execut⁹ ſis: iudicari vix poſſit. Ex his clariſſimo Principi noſtro ſua reddidi: a quo te magni haberi nõ dubito: cũ oẽs ſoleat

qui virtute aliqua præditi sunt,& amare & magnifacere.Nõ puto tamen eum esse rescripturum tibi, q̃ moris sui non est proeiusmodi laudibus scripto respondere.Quod iubes Cebę & Laurentio Grammatico suas literas mitti, facile impletum esset si vllæ in fasciculo inuentæ fuissent.Sed aut soluto eo subtractæ sunt aut quod potius arbitror,non adiectæ.Tu qd rei sit probe iudicabis.Curaui tamen vt epistolam cum carminibus ipsis Ceba legeret,vt voluptatis quoq; mecũ particeps fieret. Hæc hactenus:& interim vale. Genua.VII.Calendas Maias.MCCCCLVII.

Iacobus Bracelleus Domino Baptistæ de Grano.

MAgna me affecit epistola tua voluptate,proponentem mihi ante oculos quanta fuerit animi tui lætitia,cum nuper ex longinqua peregrinatione rediens,immiti certe ac formidoloso tempore vxorem dulcesq; natos,sospes sospites complexus es:quoq; illi affectu maritum ac parentem ab extremis Galliarum partibus reuertentem rebus certe ac prudentissime gestis laudibus,honoribus accumulatum acceperint. Hæc & eiusmodi cogitans,audeo dicere omnium te laborum quos vel externas regiones peragrãdo, vel cogitando aut scribendo:vel dum reipub. caues disceptãdo,& cõtendẽdo animo aut corpore pertulisti:amplam ea die mercedem consecutum esse.Et q̃q̃ cõfidebam res nostras consilio ac prudentia tua ita compositum iri vt nullius alterius opera rectius componi possent:ac fore vt Rex ille maximus ac præcellentissimus tuas & collegarum tuorum virtutes admiratus:vos non nisi donatos & honoratos ab se dimitteret:hæc in quam & eiusmodi q̃q̃ prouidebam,tamen interesse censeo tantũ quantum inter incertam futuri spem & rem certã interest.Quæ omnia cum vel ex te vel ex alio distinctius suo ordine cognouero incredibili erunt voluptati.Accepi præterea,si nescis,ab filio epistolam:quem Auenione substitisse tuo vel cõsilio vel assensu magnopere gaudeo. In eam enim sententiam discedenti a me mãdata dederam:quæ excepto semper iure atq; imperio quod te in eũ habere æquum est,seruari cupiebam.Cum eum apud me laudas:facis tu quidem id quod solent qui amant.Ego vero nescius non sum plus æquo credulos esse in laudes filiorum parentes: & tamen non erit qui persuadeat mihi quicq̃ ab eo laude dignum geri potuisse,nisi quantum sub te didicit.Dedi igitur Tyroni filio clarum ducem:quem si imitari studuit,hoc in eo vnum laudandum esse facile concedam.Q; autem in mittenda ad me eius epistola te suspicer negligẽtiorem fuisse,tantũ abest : vt etiam mirer eam per auia & inaccessa hoc tempore loca ad me vsq; penetrare potuisse.Hæc hactenus.Spectatissimo compatri meo sororio tuo Ioanni me commendatum fieri magnopere cupio : non ignarus si me meaq; : quæ tibi a patre hæreditaria relicta sunt : nunc deserã tibi:septissime a me fieri.Tu post maximos animi corporisq; labores cura vt valeas.Ex Ceresola villa Rapali. MCCCCLVIII. Duodecimo Calendas Septembris.

Iacobus Bracelleus eloquenti ac doctissimo adolescenti Leonardo Grifo apud Mediolanum.

OBlectauit me maiorem in modum epistola tua doctissime vir,adeo vt non sępius a te percensę sint syllabę,pedes,tempora,q̃ a me tota lecta est.Habent enim versus ipsi eam facilitatem & gratiam,vt siquis eos Ouidianis intermisceat,non facile discernat vtri tui,vtri illius sint.Quos cũ admirarer,& quibus æquum est laudibus attollerem,magis inquit audiẽtum quidam:& laudabis & admiraberis si scias hunc adolescentem esse nondum duodeuiginti annos egressum.Id cum audissem, cœpi mecum ipse cogitare:veram illorum opinionem videri qui putant pleroſq; potuisse inueniri Virgilios,si plerique nobis contigissent Augusti.Cœlorum enim motus vim suam obtinere: & quãtum in creandis sublimibus ingeniis potuere,tantum etiam nũc posse.Ego vt ea quæ de siderum influxu loquuntur,facile confi-

rear,primum ac præcipuum hominis auxilium ab seipso petendum puto:maximūq; in rebus humanis esse vt sibi homo præsto sit,nec seipm deserat:cū certo sciat quę fortuna dare põt & eripere,quædam aliquando contingere,quæ etsi inter magna hominis auxilia numerari queant,cum eo tamen qđ in nobis & intra nos est,nullo modo cõferenda esse.Ita & sine Augusto cœlestis illa vis ingenii Virgiliani nunq̃,vt mihi ipse persuadeo,latere potuisset. Quare mi Leonarde perge vt cœpisti: nec maius ab alio quoq̃ auxilium expecta,q̃ a teipso.Agnosce prestantiam ingenii: idq; excole ac foue,maximumq; nefas puta si amplissimi animi tui bonum ipse neglexeris.Quod si annitaris & incũbas,teq; his studiis literarum dederis quæ nos ad bene beateq; viuendum inuitant, confido fore vt cito nomen tuum inter præclaros viros annumeremus:nec laudes tuas verbis satis æquare valeamus.Vale.Genuę quinto idus maias.MCCCCLIX.

Clarissimo iuris interpreti Domino Ioanniiacobo Ricio apud Ticinum Antonius Bracelleus.S.P.D.

CVm & humanitatem tuam in omnes & affectum in me tuũ probe exploratum habeam,nunq̃ vel tarditatem vel raritatem tuam in scribendo accusaturus sum. Præcognitæ sunt enim mihi ingentes illę occupationes tuæ:quæ faciunt vt sępenumero propinquis,amicis,& tibiipsi decesse cogaris. Me cũ tale nihil excuset,hoc profecto maxime excusabilem facit,q; q̃q̃ mutuo scribendi officio incredibilem quãdam voluptatem percepturus forẽ:contineo tamẽ me,ne cumulo negotiorum tuorum accessio fiant literæ meæ.Reuersus ad nos doctissimus vir Dionysius noster:magna nos affecit voluptate:præsertim cum testimonio tuo talis sit qualem eum & optauimus & ariolati sumus. Erit quidem fructus doctrinæ penes eum & paucos amicorum,voluptas penes multos:laus & gloria penes te:a quo qui volunt tales ad nos remittuntur.Summula pecuniæ tuæ quæ domino parenti

meo assignata dudum fuit,maturuit tandem,& nihil pręterius sa expectat tua.Cæterum q̃q̃ probe scio nihil in tuis ædibus desiderari solere quod vel Europa nostra gignat,vel transmarina regna emittere soleant,in aliquod tamen ieiuniorum leuamen mitto generositati tuæ corbem vnum fune colligatum,cum inscriptione tui nominis:& in eo sacculos nucum Grecarũ & vuę passæ ex Malacha aduectarum:ac seorsum cupam siue(vt vulgo loquimur) Barrile olearũ Gadibus collectarum.Hæc vt cõfido tradet tibi Gabriel Garretus Genuensis,id vt faciat a me rogatus. Quæ si stomachus fastidiet tuus,nobilis ac pudicissima coniunx tua Colũbina inter ieiunantes mulieres tanq̃ peregrinũ obsonitũ distribuat. Ea cum tu acceperis curet aliquis tuorũ me suis literis certiorem reddere,vt sciam qua fide cõuecta,quaq; integrita te ad te postea missa sint.Interim doctissime præceptor & pater vale.Genua.vltima die Februa.MCCCCLX.

Finis.XXX.elegantium epistolarum ab excellentissimo viro Iacobo Bracelleo Genuensium secretario aut scriptarum aut dictarum tanũ.

In ædibus Ascensianis.Anno.MDXX.ad Nonas Augusti.

Anno.M.D.VI.inuenta eſt in agro Genuẽſi miliario prope vrbẽ Decimo Tabula ænea quadrata, quantitatis duorum palmorum ferme, in qua literis maiuſculis Scalpello inciſis ſcriptũ eſt quantũ infra.Seruatur vero tabula in tẽplo Diui Laurentii Genuę iuxta Sacellum Diui Io.Baptiſtę.

Q.M.Minutieis Q. F.Rufeis,de controuorſieis inter Genuateis & Veiturios in re praeſente cognouerunt,& coram inter eos, cõ trouorſias cõpoſeiuerunt,& qua lege agrum poſſiderent,& qua fineis fierẽt,dixſerunt eos fineis facere,terminosque ſtatui iouſſe runt Vbei ea facta eſſent,Romam corã venire iouſſerunt.Romae coram ſententiã ex Senati cõſulto dixſerũt eidib. Decemb.L.Cae cilio.Q.F.Q.Muutio.Q.F.Cos.Qua ager priuat9 caſteli Veituriorũ eſt: quem agrũ, eos vendere, heredẽque ſequi licet: is ager vectigal nei ſiet.Langantium fineis agri priuati ab riuo infimo q oritur ab fõtei in Manicelo ad flouium Edem,ibi termin9 ſtat, inde flouio ſuſum vorſum in flouium Lemurim, inde flouio Le muri ſuſum vſque ad riuom Comberane, inde riuo Cõberanea ſuſum vſquae ad conuallem Caeptiemam,ibei termina duo ſtãt circũ viã Poſtumiam.Ex eis terminis recta regione in riuo Ven dupale,ex riuo Vendupale in flouium Neuiaſcam, inde dorſum flouio Neuiaſca in flouium Procoberam, inde flouio Procobera deorſum vſquae ad riuom Vinelaſcã infumũ.ibei terminus ſtat. inde ſurſum riuo recto Vinelaſca,ibei terminus ſtat,propter viã Poſtumiam,inde alter trans viam Poſtumiam terminus ſtat. Ex eo termino quei ſtat trans viam Poſtumiam recta regione in fon tem in Manicelum,inde deorſum riuo quei oritur ab fontei in Manicelo ad terminum quei ſtat ad flouium Edem agri Poplici, quod Langenſes poſident. Hiſce finis videntur eſſe, vbei con fluont Edus & Procobera, ibei terminus ſtat. inde Ede flo uio ſur, ſuorſum in montem Lemurino infumo, ibei termi nus ſtat. Inde ſurſum vorſum iugo recto monte Lemurino, ibei terminus ſtat,inde ſuſum iugo recto Lemurino, ibi termin9 ſtat

In mõte Procauo inde ſurſum iugo recto in montẽ Lemurinum ſummũ,ibi terminus ſtat.Inde ſurſum iugo recto in caſtelũ quei vocitatuſt Alian9, ibei terminus ſtat. Inde ſurſum iugo recto in mõtẽ Iouentionẽ,ibi termin9 ſtat. Inde ſurſum iugo recto in mõ tem Apeninũ quei vocatur Boplo,ibei terminus ſtat. Inde Ape ninum iugo recto in montẽ Tuledonem, ibei terminus ſtat. Inde deorſum iugo recto in flouiom Veraglaſcam in montẽ Berigie mam infumo,ibi terminus ſtat.Inde ſurſum iugo recto in montẽ Prenicum,ibi terminus ſtat.Inde dorſum iugo recto in flouium Tulelaſcã,ibi terminus ſtat.Inde ſurſum iugo recto Bluſtiemelo in mõtẽ Claxelũ, ibi terminus ſtat. Inde deorſum in fontẽ Lebrie melum:ibi terminus ſtat.Inde recto riuo Eniſeca in flouiũ Porco beram,ibi terminus ſtat.Inde deorſum in flouiom Porcoberam, vbei cõflouont flouii Edus & Porcobera,ibi terminus ſtat, quem agrum Poplicum iudicamus eſſe. eum agrum Caſtelanos Lan genſes Veiturios poſidere fruique videtur oportere.Pro eo agro vectigal Langenſes Veiturís in Poplicum Genuã dent,in annos ſingulos.VIC.N.cccc.Sei Langenſes eã pequniã nõ dabũt,neque ſatisfacient,arbitratu Genuatiũ,qđ per Genuẽſes mora nõ fiat: quo ſetius eã pequniã accipiant.Tum quod in eo agro natũ erit frumenti partẽ vicenſumã,vini partẽ ſextã,Langenſes in popli cum Genuã dare debento in annos ſingulos quei intra eos fineis agrum poſedet Genuas aut Veiturius,quei eorum poſedeit. K. Sextil.L.Caecilio.Q. Muutio Cos. ita poſidere, colereque liceat eus quei poſidebunt vectigal Langenſibus pro portione dent: ita vti ceteri Langenſes qui eorum in eo agro agrum poſidebunt fruenturque. Praeterea in eo agro ni quis poſideto niſi de maio re parte Langenſium Veiturorum ſententia, dum ne alium in tromittat niſi Genuatem aut Veiturium colendi cauſa. Quei eorum de maiore parte Langentium Veiturium ſententia ita non parebit, is agrum nei habeto niue fruimino. Quei ager cõpaſcuos erit,in eo agro quo minus pecuaſcere Genuates Vei turiosque liceat ita vtei in cetero agro Genuati compaſcuo, ni

quis prohibeto,niue quis vim facito,neiue phibeto quo min⁹ ex eo agro ligna materiãque ſumant vtanturque. Vectigal anni primi K Ianuaris ſecundis Veiturís Langenſes in poplicũ Genuã dare debentõ. Quod ante K Ianuaris primas Langenſes fructi ſunt eruntque,vectigal inuiti dare nei debẽto. Prata quae fuerũt proxima foeniſicei. L. Caecilio. Q. Muutio Cos. in agro poplico, quem Vituries Langenſes poſident,et quem Odiates, et quem Dectunines,& quẽ Cauaturines,& quẽ Mentouines poſident: ea prata inuiteis Langenſibus, & Odiatib⁹,& Dectuuinebus,& Cauaturines, & Mentouines,quẽ quiſq; eorũ agrũ poſidebit,inuitis eis ni quis ſicet, niue paſcat,niue fruatur. Sei Langẽſes aut Odiates,aut Dectunines, aut Cauaturines, aut Mentouines, malẽt in eo agro alia prata inmittere,defendere, ſicare,id vti facere liceat, dum ne ampliorem modũ pratorũ habeãt quam pxuma aeſtate habuerunt,fructique ſunt Vituries. Quei cõtrouorſias Genuenſium ob iniourias iudicati aut damnati ſunt,ſei quis in vinculeis ob eas res eſt, eos omneis ſoluei mittei liberique Genuenſes videtur oportere ante Eid⁹ Sextilis primas. Sei quoi de ea re iniquom videbitur eſſe, ad nos adeãt primo quoque die,& ab omnib⁹ cõtrouerſis. Et. hono. publ. Li. Leg. Moco. Meticanio. Meticoni. F. Plãcus Peliani Pelioni. F.

Deprehenſum eſt,in locis. XVIII. quos hic annotauimus,auctorẽ tabulę variare,& mõ vti vno illorũ,mõ alio. Nã aliqñ dicit Procobera,aliqñ Porcobera,& ſic de aliis: cũ tñ lr̃ę ſint oẽs maiuſculę ac Scalpello in æs inciſæ.

Quei qui	Flouium Flouiom	Veituriorũ Veiturių.	
Dorſũ deorſũ	Procobera Porcobera	Fontei fonte.	
Suſum ſurſum	Poſedet Poſedeit	Vtei vti	
Ibei ibi	Lãgentiũ Langenſium	Nei ni	
Veituries Vituries	Inuiteis inuitis	Sei ſi	
Infumo infimo	Riuom riuum		
Controuorſieis controuerſis.			

R XVI 241